Tacꝫ in luctu ⁊ gemitibus desolati dixerẽt alter ad alterꝫ: Quid amplius faciemus: Quidam dicebant: Non est amplius opus vt ad dominũ mittamus: quoniã compleuit dominus furorem suum effudit iram indignationis sue: nõ addet vt respiciat nos. treñ. iij. ca. Hieremias vero inter eos loquẽs dixit illud Treñ. iij. Ne taceamus eo ꝙ non esset requies: donec respiciat ⁊ videat deus de celis Et iterum Per me inquit scriptum est eodem capitulo. Inundauerunt aque super caput meam: dixi perij. sed inuocaui nomen tuum domine de lacu nouissimo: vocem meam audisti: auertisti aurem tuam a singultu meo et clamoribꝰ. Hec ibi. Tunc ⁊ dauid ait: Clamorem pauperuꝫ exaudiet dominus: immo confidite scientes ꝓ certo: quia iurauit dominus dauid veritatem ⁊ non frustrabitur eum de fructu ventris tui ponã sup sedem tuam. Dixerunt igit ad eũ omnes: perge ergo ⁊ tu ad dominũ ⁊ depcare ꝓ nob. Nũc aũt ⁊ nos clamemꝰ in celũ et miserebitur nostri deus noster et meũ erit testamenti patruꝫ nostroꝝ. i. Mach. iij. Tunc dauid cepit in celum ascendere in spiritu ⁊ dicere: Aperite mihi portas iusticie ⁊ ingressus in eas confitebor domino. Michael autem archangelus ait ad eum. Reuela domino per me viam tuam ⁊ dabit tibi petitiones cordis tui. Respondit dauid: Eructauit cor meum verbum bonum dico ego opera mea regi. Dixit michael: Vide ne diutius graues regem sermonẽ plixo. Tu em scis quia vir linguosus non dirigetur in terra hac. Respondit dauid. Lingua mea calamꝰ scribe velociter scribentis. Tunc angelica ritate preuenti ibant ad dominum dicentes: Memento domine dauid et omnis mansuetudinis eius: Et ait dominꝰ: Inueni dauid seruum meũ oleo sancto meo vnxi eum. Et veritas mea ⁊ misericordia mea cuꝫ ipso et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Dixit quoꝫ dauid ad michaelem. Quis deducet me in ciuitatem munitam. Introductus quoꝫ per angelos et transiens de ierarchia in ierarchiã de ordine in ordinem: aspiciens loci amenitatez ait: Quã dilecta tabernacula tua domine virtutum cõcupiuit ⁊ defecit anima mea in atria domini. Beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te. Tunc perueniens ad thronum dei vbi sancta trinitas residet ꝓstratus humiliter adorauit dicens: Benedicat nos deus deus noster: benedicat nos deus et metuant eũ oẽs fines terre. Dixit autem dominus. Quid vis vt faciam tibi. at ille: Vbi sũt misericordie tue domine sicut iurasti dauid in veritate tua. Tu dixisti: clamabit ad me ⁊ ego exaudiã illum: eripiam eum ⁊ glorificabo eum: longitudine dierum replebo eum: ⁊ ostendã illi salutare meũ. Ad te ergo domine clamabo deus meus ne sileas a me. Exurge quare obdormis domie: exurge ne repellas in finem: quare faciem tuam auertis obliuiscris tribulationis nostre. Educ ð carcere animas nostras: vt cõfiteamur nomini tuo domine. Tũc deo iubente dixit iusticia: Nonne per te scriptum est: Justꝰ dominus ⁊ iusticiam dilexit: equitatez vidit vultus eius: iusticie lex data: vt peccatores conuertant in infernũ ⁊c. At dauid Tace tu nunc iusticia: nec mihi molesta sis. quoniam scriptum est: Miserationes domini super omnia opera eius: vnde resumptis viribus dauid ait domino: Justus quidem es domine ⁊ rectum iudicium tuum: fac tamẽ cum seruo tuo ſm misericordiam tuam. Reminiscere miserationum tuarum domine: memor esto congregationis tue domine quã possedisti ab initio. Fiat misericordia tua domine sup nos quẽadmodũ sperauimus in te Tunc et omnes sancti patres clamantes dixerẽt Ne reminiscaris domine delicta nostra: vel parentum nostrorum: neq; vindictaz summas de peccatis nostris. Thobie. iij. Ut quid domine repulisti in finem ira tus est furor tuus super oues pascue tue. Ostende nobis domine misericordiã tuam ⁊c. Itaq; misericordia compatiẽs generi humano dixit ad dominum: Tu exurgẽs domine misereberis syon: quia tempus miserendi eius: quia venit tempus.

Nõne tibi dñe ꝓpriũ est misereri: magisq; tue bonitati conuenit ꝑm misericordiam agere q̃ ꝑm meram iusticiã. Audiens dauid mirabiliaz loqui ꝓ se: gratias agens dixit: Misericordias dñi in eternũ cantabo. Sed et genus humanũ audiens ꝓ se esse misericordiã: cepit fortiter clamare: O dei misericordia: o dei imensa pietas: o dei bonitas. Miserere nr̃i dñe miserere nr̃i. Fiat misericordia tua dñe super nos ꝛc̃. Exurge domine adiuua nos ꝛ libera nos ꝓpter nomẽ tuũ: placatus itaq; deus dixit ad dauid: Glade quia visitabo vos et suscitabo sup vos verbũ meũ bonũ: vt reducã vos. Jere. xxix. Prostrarus dauid et gratias agẽs dixit: Cõfitebor tibi domine in toto corde meo. Narrabo omia mirabilia tua letabor ꝛ exultabo ĩ te psallam nomini tuo altissime. Narrabo nomen tuũ fratrib⁹ meis: in medio iustorũ laudabo te. Reuersusq; dauid ad suos ait cũ gaudio: Qui timetis deũ laudate euz vniuersũ semẽ iacob glificate eũ: qm̃ non spreuit neq; despexit deꝓcationẽ pauꝑis ꝛc̃. Intellexi a dño quoniã in eternũ seruabo dauid misericordiã meã ꝛ testamẽtũ meũ fidele ipi. Tunc omnes sancti patres leti effecti: deo gratias reddiderunt: eũ laudãtes ꝛ dicentes: Bñdictus es domine de⁹ patrũ nostroz: benedict⁹ es dñe qui intueris abissos. Benedict⁹ es super thronũ maiestatz ꝛ laudabilis ꝛ gliosus in secula.

Articulus secundus ꝑ modũ historie: qualiter determinatuz est ꝑ diuinaz sapiam vt hõ redimat. vbi primo ponit allegatio mie: scõo oppositio iusticie: tertio determiatio sapiẽtie. La. I.

Secundũ misteriũ dicit determiationis. Grãdis nẽpe questio orta est inter dei misericordiã ꝛ iusticiã ac veritatẽ de homis liberatione: que quidez per filiuz dei scilicet sapientiam hoc modo determinata est. Et hanc imaginationẽ ꝓpo nit beat⁹ Berñ. sup missus est. Circa hec aũt tria cõtemplemur. Primo misericordie allegationẽ et ꝓbationem. Nã misericordia dicebat: Piũ est homi misero ꝑ se surgere non valẽti misereri. Et hoc ꝓbabat pluribus modis ꝛ rationibus.

Primo ex lege diuina.
Secũdo ex lege canonica:
Tertio ex lege phica.
Quarto ex lege ciuilica.

Prima ratio accipit ex lege diuina: quoniã scriptũ est ꝑ ꝓphetam: Misericordia dñi ab eterno vsq; in eternũ sup timentes eũ. Et ĩ eruz. Nunqd obliuiscet misereri deus aut ꝓtinebit in ira sua misericordiã suaz ꝛc̃. igit ꝛc̃. Et cõfirmabat sic. Jndecẽs est ꝛ oĩno illicitũ deũ sũme misericordẽ sicut omis lex diuina ꝛ ꝓphete clamãt sũmã mĩficordiã nõ oĩdere. Suauis ẽm dñs vniuersis: ꝛ miserationes eius super omnia opa eius: ergo inquit tu deus hoc super omia misericordissimũ opus facere debes teip̃m ꝑ redemptione hoĩs exhibendo. Secũdo ꝓbabat ratiõe sumpta ex lege canonica. Quia qõ semel placuit ampli⁹ displicere nõ põt extra de regulis iurz li. vi. Deo aũt placuit hoiez creare ad hunc finẽ. s. ad beatitudinẽ. q̃ reduci debet ꝛ repari ad eandẽ misericorditer post lapsum. Jtẽ odia sunt restrigẽda: fauores ampliãdi: vt dicit ibidẽ. scz de regulis iuris li. vi. Et de pe. di. i. pene. Odiosũ aũt fuit pctm̃ ade ꝛ meruit penã. Jdeo cõgruũ est o dñe de⁹ vt ꝑm tuã misericordiã amplies ei fauorem clemẽtie ꝛ miseratiõnis tue indulgendo eius pctõ. Tertio ꝓbat ratiõe sumpta ex lege phica: qr vnicuiq; rei cõueniẽs est illud qõ cõpetit sibi ꝑm suã ꝓpietatẽ naturalẽ: vt dicit Arist. et porphiri⁹ li. de vꝫ Proprii inquit ẽ qõ vni soli ꝛ semp̃ ꝙuenit: vt homi ridere: vꝫ rõcinari ꝛc̃. Sed deo ꝓpriũ est misereri vt canit ecclesia: Deus cui ꝓpriuz ẽ misereri ergo ꝛc̃. Et hoc cõfirmatur ꝑ exẽpla naturalia: quia pietas ꝛ misericordia ꝓpria est nobilibus ꝛ magnanimis aialibus. Nobilis enim ira leonis ꝑcere ꝓstratis: Sz ꝛ vrsus aial iracundissimum ꝛ aper ferocissimus ꝑcere nozunt ꝓstratis. Jdcirco con-

ueniens est vt deus misereat homi ꝓstra/to ꝑ penitẽtie humilitatẽ. Quarto ex lege ciuilica: quia dolus alicuius non de bet sibi patrocinari vt ex inde premiũ vel lucrum assequat. ff. de dolo malo. l. Ne ex dolo suo lucretur. nec debet quis cõsequi emolimentũ de mendatio suo vt. ff. de na/talibus restituendis. l. i. Sed quia ser/pens fraude Adam z euam decepit vt in seruitutẽ z captiuitatẽ eos redigeret. Jõ maleficia serpentis lucrũ et emolimentũ habere nõ debent: vinculis suis semp ho mines detinendo Item deceptis z nõ de cipientibus iura subuenitur. ff. ad velleia/nũ. l. ij. Verba z. ff. de in integrũ restitutio nib. §. fi. Debet ergo ius diuinũ subuẽire decepto homini zc. Capitulum. II.

Secundo circa hãc questionis de/cisionẽ cõtemplemur veritatis et iusticie oppinionẽ. Cum enĩ talibus rationibus mia inclinaret deum ꝓ/trem ad miserandũ z redimendũ hoiem. ꝓcas obstabat. v. O misericordia q̃d tu lo queris? Aũq̃d vis me perire. Tu enĩ dñe deus cum sis deus z nõ mentiaris. Nam scriptũ est Veritas dñi manet in eternũ. per ꝑs. Sed tu dixisti homi. Quacunq; hora comederitis morte morieni. Gen. ij. cap. ergo oportet q̃ ista sentẽtia tua stet fi xa in veritate et sic hõ in morte maneat. Ad hec mia: rñdens ait. Nonne vbi scri/ptum est. Veritas dñi manet in eternũ in mediate premissum est. Quoniã cõfirma ta est super nos misericordia tua Faciẽda est ergo hec misericordia homini vt libe/retur ꝓpter me: ne forte ipe deus videatur esse immisericors. sed z tu veritas debes mihi cõsentire in hoc. Ne aũt obstet veri/tas illius sentẽtie quam allegasti. s. Qua cunq; hora comederitis morte morieminí Fiat hoc modo: vt hõ z moriat z quodã/modo nõ moriat ꝓpter me. moriat quidem corpaliter cuius quidẽ mortis necessitatẽ incurrit per illam sententiam: sed nõ mo/riatur morte eterna Jn hoc enĩ mihi ꝓsen tire debes: q̃m scriptum est: Nunquid in eternum proiciet deus aut in finem mise/ricordiaz suam abscidet a generatione in generationẽ zc. Ait veritas Vere tibi nõ consentire asperũ est z crudele iudico: q̃m scriptum est. i. corin. xiij. Nõ est dissensio nis de⁹ sed pacis: libeat ergo misereri hoĩ hoc modo quo nõ derogat veritati. Ju sticia vero videꝫ veritatẽ cõsensisse ait ad eas. Quid factis o misericordia z ꝓcas nũquid de⁹ subuertit iudiciũ Job. xxxiij. Scriptũ est enĩ iustus dñs z iusticiam di lexit equitatẽ vidit vultus eius ꝑs. Non ergo permittã sic homi misereri vt exclu/dar. Justicia quippe requirit vt sicut scri/ptum est Esa. xxvi. Tollat impius z pec/cator ne videat gl̃iã dei zc. Misericordia ait O iusticia non sis mihi contraria sed fiat homi misericordia saltem ꝓpter me si nõ ꝓpter Adam: quia z scriptũ est per ꝑs. Miserationes dñi super omnia opa eius ergo z super iusticiam. vnde z tu mihi de bes consentire vt hõ misericordiaz conse/quat. Justicia ait: nõ possum aliter con sentire nisi z mihi satisfiat: nec decet vt de⁹ tñ agat ꝑm misericordiam sed z ꝑm iusti ciaz Fiat ergo mihi satisfactio de peccato homis vsq; ad nouissimũ quadrantẽ dicẽ te scripta Amẽ q̃ppe dico vob nõ exibis inde homo nisi reddat nouissimũ quadrãtem. Matth. v. Hoc facto tibi bene cõsentire possuz vt homo liberetur: alis ego peribo Et vñ Anselmus. i. Cur de⁹ hõ cap. xij. dicit Liberior inquit esset iniusticia si sola mi sericordia dimitteret. dimittere q̃ppe pec/catum sine satisfactiõe nõ est aliud q̃ nõ punire. si aũt peccatũ non punitur inor/dinatum aliquid dimittit quod nõ decet regnum dei ergo zc. Capitulum. III.

Tertio cõtemplemur circa hoc di/uine sapientie diffinitionẽ siue cõ clusionẽ. Nam tot cõtrarietatib⁹ motis deus pater dedit omne iudiciũ fa/cere filio sicut scriptum est Joh. v. z man/dauit istud decernere. Filius aũt qui z sa pientia dei patris est ꝑm ꝓpm. i. corin. i. auditis allegationibus veriusq; partis di/xit: Justicia dicit periꝫ si Adã nõ maneat in morte. Alia aũt dicit periꝫ si adam mi/sericordiã nõ consequat: hec est ergo iffi nitiua sentẽtia sup hoc. Fiat pena z mors bona ade z habebit vtraq; quod petit. ob stupuerũt oẽs z dixerunt: Quõ fiet istud

cuz penā sit amara z mors pctōz pessima teste scriptura: quō ergo erit bona? Judex ait. Querak ex filijs ade aliquis qui oīno sit iustus z absq; omni pctō etiā originali qui nō sit dignus mori et iste moriatur ex charitate et puniak p hūano genere: cū nō sit debitor mortis z pene satisfit iusticie z hoī mia ipendek. Currit ḡ ꝓtas z circuiuitorbē tre z q̄rit si iueniat talē inocētē et nēo ē iuēt⁹ mūd⁹ a sorde nec infans cui⁹ est vni⁹ diei vita sup terrā teste scriptura. Tunc cū rediret misericordia z ꝓitas obuiauerūt sibi. s. mutuo. Et quesiuit misericordia si inuenisset iustū. illa rñdit Oēs declinauerūt simul inutiles facti nō ē qui fa. bonum. non est vsq; ad vnum teste ps. Tunc z iusticia ait. Et si inuenirek talis iustus sed purus homo quō ei⁹ morte vel pena satisfieret fm dei iusticiā de peccato hoīs. Cum peccatū hoīs sit infinite grauitatis: tum qz cōtra bonitatē infinitam. tum qz hoīem infinito bono ꝓuauit: tum quoq; qz infinita indiuidua humani generis in potētia corrupit sicut patebit prema huius li. arti. ij. ca. ij. in medio. Oīs autē homo purus finiti est meriti igit ꝛc. Tunc ait diuīa charitas. Quicqd in hac re cōtendatis hoc est iudiciū: vt deus fiat homo iustissimus z absq; pctō: z ex charitate satisfaciat fm merā iusticiā sua pena z morte pro hoīe. Sicq; misericordie z iusticie satisfit z cū hoc charitas dei infinita manifestabitur: cuz sic deus hoīem dilexerit z lauerit eū a pcīs suis i sāguie suo Sup hac sentētia pacata ē iusticia z oscula pacis dedit mie z charitati: z tūc iusticia et pax obsculate st. Tūc de⁹ pī ait: oīa in sapiētia fecim⁹ mūdū creādo: sic oīa in sapiētia. i. i filio faciem⁹ mūdū reparādo. Ait fili⁹ ecce ego vt fiat ista mia charitas iusticia et ꝓitas in pmissiōe. In capite q̄p pe libri scriptū ē de me: vt facerē volūtatē tuā z sic determinatū ē: vt fili⁹ dei sit hō: p incarnationē quoq; ei⁹ et passionē liberet hō. O igit aīa fidelis. O xpi sanguine redempta vide q̄nta charitate deus te amauit vide quanta eius misericordia erga te extitit: q̄ta bonitas: vt ipe pro te pcōre voluerit in seipo satisfacere z cum resurgere non posses ipe pro te subleuando seipsum subiecerit Extraniuit p te semetipm z forma serui accepit: qui peccata tua ipe pertulit in corpore suo: vt peccatis mortua iusticie viuas. O gratiosissima diuine sapientie diffinitio: vt deus sit homo cui⁹ passione redimatur hō. O felix culpa inquit Greg. q̄ talē meruit habere redēptorē. O benignissime de⁹ q̄d tibi p hijs referamus laudis z gr̄arūactiōs si millesies nos pro te ipēderem⁹ minimū eēt ad id qō tibi ex eq̄ debem⁹ p tā pio dono z bñficio imēso.

Articulus tertius qualis conditionis debuit eligi et esse mater dei z domini iesu christi.

Certum misteriuz t dī maternalis electiōs. Circa qō p ꝓtinuatione hystorie p̄cedētis possum⁹ ꝓtemplari: q̄ posteq; pzib⁹ sanctis innotuit: q̄ dei filius ō sua matre ꝓelectissima incarnari deberet: consilio inito dixerūt ad iuicē illō. ij. Reg. i. Queram⁹ inq̄t nūc adolescētulā ꝓginē speciosā q̄ stet cor̄ rege z seruiat ei ꝛc. Talē inq; q̄ digno suscipiat hospicio deuz nr̄m: nec in ea inueniatur qō oculos sue maiestatis offendat: ne forte inducat sup nos maledictionē p bñdictiōe Gen̄. xxvij. Tūc inter eos Job. dixit qō scriptū ē ca. xi. Forsitan vestigia dei cōprehēdem⁹ z vsq; ad perfectū oīpotētē reperiem⁹ excelsior celo ē z vñ cognoscem⁹? q. d. nō possum⁹ nos istud p oīa pfctē scire quot z q̄tis pfectiōb⁹ dī mater debeat fulgere. Sz hec ad sapiētiā dei ptinet declarare. Exurgēs q̄z iesus fili⁹ Syrach q̄ z eccl'iasticus appellak dixit qō scriptū ē cap. i. Oīs sapientia a dño deo ē Arenā maris z pluuie guttas z dies scli q̄s dinumerauit? sapiētiā dei p̄cedētē oīa q̄s iuestigauit? radix sapiētie cui reuelata ē? z astutias ei⁹ q̄s agnouit? Vnus est altissimus creator oīum: oīpotens z dñans deus: ipe creauit illā. s. ꝓginē matrē suā. i. creādā preuidit ab eterno z multis perfectionib⁹ decorandā. sequit ipe solus vidit z dinumerauit z mēsus est z exaltauit eā sup oīa opa sua z sup oēm carnē fm datū

suū Hec ibi Dixerūt itaq; mittam⁹ ergo ad ei sapiētiā legatū t doceat nos q̄lis cō ditiōis esse debeat t q̄ntis fulgere debeat ornatib⁹ pfectionū ipa q̄ digna est eligi in matrē dei. Diserūt igit dauid qui veniēs ait ad diuinā sapiētiā Dñe ad te ꝓfugi do ce me facere volūtatē tuā q⁹ de⁹ me⁹ es tu spūs q̄ppe tu⁹ deducet me in terrā re. ꝓpt nomē tuū dñe vi. me in eq. tua Scio em q⁹ brūs quē tu erudieris dñe t ō lege tua do cueris eū tē. Doce ergo me tuā voluntatē de matris eligēde ꝓditione. Rñdēs quo/ q; diuina sapientia ait illud deutrono. vi. Obserua t audi q̄ ego loquor tibi hodie Ipa quippe virgo, que deum debuit cōci / pere debuit esse femina amicta sole chari/ tatis: t luna mundane instabilitatis sub pedibus eius per ꝓceptum oīm terreno⁹ t in capite eius corona. xii. stellarū q⁹. xii. ꝓditionibus nobilitatis debuit fulgere t gloriari que sequūtur i tribus qua terna/ riis distincta. Primus q̄ternarius accipit ex pte corpis. Scōs ex pte aie. Terti⁹ ex pte vtriusq;. Nā ex pte corpis debuit esse.

Primo formosissima.
Secundo nobilissima.
Tertio de dauid stirpe regia.
Quarto nomine Maria.

Secundo ex parte anime debuit esse
Primo a peccato purissima.
Secundo virtutibus adornatissima.
Tertio sanctitate excellentissima.
Quarto dono dei perfectissima.

Tertio ex parte vtriusq; debuit esse.
Primo virgo castissima.
Secundo voto ioseph consecrata.
Tertio viro desponsata.
Quarto in Nazareth commorata.

Rima itaq; stella qua Cap. i.
p gloriat beata virgo dicit formosi/ tas. ipa em debuit esse t fuit virgo pulcherrima corpore et anima iuxta illud Can. iii. Tota pulchra es amica mea tē.

Circa q̄d queri. Utrū cōgruū erat dei mr̄z eē pulcherrimā pulchritudie corpa/ li. Arguitur q; non. qa inmatre christi nil debuit esse devanitate. Sed fallax gra t vana est pulchritudo puer. vltimo g̃ ipa non debuit esse pulchra. Preterea pul/ chritudo in femia ē occasio periculi. Ut Eccl. ix. Virginē ne cōspicias ne scanda/ lizeris in pulchritudine ei⁹. Et iterū Propter speciē mulieris multi perierūt. Sed beata virgo oībus debuit esse causa salu/ tis et nulli cā pereūdi: ergo nō debuit esse pulchra corpaliter. Primo de⁹ in incar natōe maximā debuit oīdere būilitatē iu xta illō phil. ii. Exinaniuit semetipm for/ mā serui accipiēs: sed maior ē humilitas carnē accipere de deformi q̄z de pulchra: ergo mater dei debuit eē deformis Ad hāc questionē. Rñdet q; mater dei nō de/ buit esse deformis sz pulcherrima etiā cor/ porali pulchritudie: t h̄ plurib⁹ rōnibus q̄s ponit magn⁹ alber. sup missus ē ca. xlii

Primo ratione prefigurationis.
Secundo ratione designationis.
Tertio ratione assimilationis.
Quarto, ratiōe virtutis laudabilioris

Primo in q̄z ratione prefigurationis fi/ gura enī siue signū h̄re dz similitudinē cū si/ gnato: sz oēs mlieres pfigurantes matrē xpi fuer̄t pulcherrime: sic claret de hester ꝓiugata Judith vidua Rachel t rebecca ꝑginib⁹ teste scriptura sacra. Scōo rōe designatōis. s. interioris pulchritudis: nā p pulchritudinē exteriorē ducit intellect⁹ ad interiora q; nobiliori t pulchriori aie ōbet nobili⁹ et pulchri⁹ corpus. Nā materia et forma debēt eē ꝓportionata fm phm. ii. li. de ꝑaia: vñ t corpus humanū nobili⁹ t pul chrius est oīb⁹ corpib⁹ brutorū ꝓpter vnio nē ad aiaz nobiliorē vicz rōnalē. Cū ergo in btā virgine fuerit pfectissima pulchri tudo aie: debuit eē t pfectissima post xpm pulchritudo corporis. Tertio rōne assi milationis. Nam philosophus. ii. li. phi/ sicorum dicit q; natura est vis insita reb⁹ similia ex similibus procreans: nisi ergo natura erret vel impediatur: filius erit si/ milis patri vel matri. Sed quoniam fili us benedicte virginis christus fuit t de/ buit esse pulcherrim⁹ iuxta illud. Dauid Speciosus forma p filiis hominū: nec po test impedimentum hic concurrere cum nascitur xps de matre sine patre spūsctō operante: cuius perfectissima sunt opera: ergo sicut filius fuit pulcherrimus: Ita

et mater. Nō cīm potest arbor bona fructꝰ malos facere et econuerso. Matthei. vij.

Quarto ratiōe virtutis laudabilioris. beata cīm virgo fuit castissima z eiꝰ castitas laudabilissima: sed laudabilior est castitas in pulchris. Sicut ꝯ alie sancte virgines laudantꝝ de pulchritudine corpali: qñ cōiuncta est spūali, put canit eccīa de quibusdā. di. Pulchra facie sed pulchrior fide beata es zc. ita beata ꝑgo omi laude dignissima multomagis debuit cōmēdari de castitate in sūma pulchritudine corpali: qualis autem pulchritudinis erat patebit infra li. v. p. ij. arti. ij. p totū Ad argumenta in oppositū. Ad primū rndet fm eundē Al. vbi supꝝ. q bene sola corpalis pulchritudo vana est: nō aūt qñ cōiuncta est spūali: quia tūc ꝑtus cōmendabili or redditꝝ vt patebit. Ad scōm dicit fm eundē ibidē: q corpalis pulchritudo i suo genere bona est: licet mali qñq ex hꝫ scandalisāt et occasionē piculi accipiūt. Scādalū aūt malorꝫ vix vel nunq̄ cauerī pōt. Nam z in deo qui summe bonus est mali scandalisāt: qm demōes et dānati in dei iusticia que optima est scandalisanꝫ teste ps̄. Superbia eorꝫ qui te oderunt ascendit sp: boni autē et sancti edificanꝫ. Talis ꝯ occasio mali siue scādali passiui nō est vitiū bonā naturā habētis: sed culpa patientis: ꝓpter hoc ꝯ nō debet dimitti qđ bonū est z ꝯgruū: sicut nec ꝓpter malorꝫ scandalū dei iusticia dimittēda ē. Pōt etiā ad hꝫ dici q pulchritudo beate ꝑginis nulli occasio mali vel scandali fuit: qz fm Bonauen. Jpe spūssanctꝰ replens ꝑginē ꝓcauebat ne vnq̄ ab aliquo cōcupiscerēt vt laiciꝰ dicēt in alijs libris Ad tertiū dicit q nō fuit congrua talis humiliatio deo q̄ būlitatē z castitatē mris minus cōmendabilē redderet z minueret. Nā neq̄ laude dignuꝫ opinio iudicaret si ꝑgo deformis būilis esset z quasi despecta viris ꝑgo ꝓmaneret. Hec Alb. vbi supra. ptz. ꝯ q beata ꝑgo fuerit pulchra. Ca. II.

Ecūda stella dicit nobilitas quia
ſ btā virgo fuit et debuit esse ꝑgo nobilissima. Et hoc fm Albertuz vbi supꝝ. ca. lv. plibus rōnibus. Primo rōe exaltationis ipa cīm debuit exaltari sup oēs homies z angelos: ꝯ debuit sup oēs būiliorꝫ z virtuosiorꝫ esse. Sed vt dicit Bern̄. Nobiliorꝫ z cōmendabiliorꝫ est humilitas in nobili q̄ in ignobili z abiecto vt igitur digna sit sup omnes exaltari debet et debuit nobilitate generis fungi in qua maiorꝫ z laudabiliorꝫ eius virginitas foret. Nam Augꝰ dicit. q nunq̄ btā ꝑgo fuisset sup omēs choros exaltata nisi fuisset sup omnes homes hūiliata. Secundo ratiōe conformationis: quia cīm vt dr Eccī. xiij. Omne animal diligit sibi simile: et fm phm. Simile applaudet simili. Ūñ z reges de stirpe regia volūt accipe sibi sponsas z nobiles de nobili. Cū ꝯ xp̄s deꝰ sit infinite nobilitatis: qz a pre nobilissimo scz deo eternaliter genitꝰ: genitura dignissima. Jgit debuit z matrē ꝓformiter nobilem habere. Tertia ratio gratificationis: quia vt dicit Hiero. Seruitia ingenua sunt gratiora. sed btā ꝑgo debuit fuire dei filio: ꝯ vt magis sint grata eius seruitia debuit esse ingenua z spectabilis genere De hac eius nobilitate latius li. xi. p. ij. ca. i. ar. i. Ca. III

Ertia stella qua gliaf dña nra dr
t dauid generositas. Nā mater dei debuit eē de stirpe dauid regis: qz vt scriptura testaf: ipsi dauid facta est ꝓmissio de xp̄o iuxta illud ps̄. Jurauit dominꝰ dauid veritatē z nō frustrabit eum de fructu vētriz tui ponā sup sedē tuā: Ūñ et Esa. xi. ca. Egredief ꝑga de radice iesse: qui quidē fuit pater dauid: et flos de radice eius ascendet zc. Proinde angelꝰ annūcians btē ꝑgini xp̄m dixit de eo: Dabit illi dñs deus sedē dauid pa. eiꝰ fm nico. de lyra. Jntelligēdo de tpali sede vl regno dauid: xp̄s nō sedit sup sedē dauid: immo istud negauit coram pylato. Jo. xviij. d. Regnū meū nō ē de hoc mūdo. Loquit ꝯ hꝫ angelus de regno spirituali et celesti: qđ figuratum fuit per regnum temporale dauid: sicut et celestis hierusalem per temporalē zc. Claret ergo q beata virgo fuerit de dauid stirpe regia z a deo electa.

Capitulum. IIII.

Uarta stella dicit nomis digni-

tas naz mater dei debuit nolari hoc nõie dignissimo Maria. qz congruentius per hoc nomen exprimit eius virginalis z dignissima ꝯceptio q̃ per qõcũq; aliud nomen Ysi Bern. sup missus est dicit Loq̃mur pauca de hoc nõie Maria; qõ interpretat stella maris qõ matri virginivalõ congruenter adaptat. ipa nãq; aptissime sideri cõparat: qz sicut sine sui corruptione sidus emittit radium: sic sine sui lesiõe virgo pturiuit filium. Nec sideri radius minuit suam claritatẽ: nec virgini filius suam integritatẽ: ipe nãq; est stella nobilissima ex Jacob orta. cuius radius vniuersum orbem illuminat: cuius splendor etiã pfulget in supernis z inferos penetrat Hec Bern. Merito igit a stella nom̃ accipere debuit mater dei: qz sic erat pphatũ Nume. xxiij. Orietur stella ex iacob z qz magis eius virginali cõceptioni cõgruit de q̃ hic ptrãseo breuiter qz lati⁹ libro vi. tractaturus sum de eo Capitulũ. V.

q Quinta stella in ordine: z pma secundi quaternarij dicit Puritas. nam ipa bñdicta ꝯgo que dei mater erat eligenda debuit esse virgo purissima ab oi pctõ immaculata: sicut hoc predictũ est Can. iij. Tota pulchra es z macula. s. peccati nõ est in te: ratio qz nõ decebat dei matrẽ esse alicuius pcti cõtagione maculatã. Nõ em̃ habitat deus in aia vbi corpe subdito pctis Sap. i. Hinc Anselm. de cõceptu vir. cap. xviij. Decebat vt ꝓceptio illius hois ex matre fieret purissima tanta puritate qua sub deo nequit maior intelligi cui de⁹ pater suũ vnigenitũ quẽ de corde suo genuit equalem sibi ita dare disposuerat: vt esset vn⁹ z idem dei filius z virginis filius. z quã ipe filius specialiter sibi matrẽ eligebat z de qua spũsctus opaturus erat vt ex ipa cõciperet z nasceret ille ꝺ q̃pcedebat Hec anselm. Ca. VI.

s Sexta stella qua gloriat dei mater dicit virtuositas Debuit em̃ mater dei eligi talis virgo que foret virtutibus adornatissima. qm̃ de ipa scriptum est Eccl. xxiiij. Jn me ois gra vie z veritatis: ime ois spes vite z virtutis. Ratio qz Bern. dicit. Quãtũlibet te afflictas quãtũlibet te cruties nõ dabit tibi copiam sui dns virtutũ: nisi fueris virtutibꝫ adornata Cũ ergo deus nulli nisi virtuoso copiam sui tribuat: sequit q̃ b. ꝯgo dei mater cui se deus in filiũ tribuẽdũ disposuerat esset ꝯ frutibus decoratissima. Proinde z ꝯm Aug. ac Bern. Bta virgo ꝓpus in ania q̃ in corporeo vtero ꝓcepit salua tozẽ: per fidẽ spem z charitatẽ. Que virtutes si in ipa nõ fuissent: deus in eius vterũ nõ venisset. Debuit etiã super omnes esse hũilima qz deũ amisit ꝓma femina cua p superbiã: ergo ipa inuenire debuit p̃ totigeneri humano per humilitatẽ. Et idcir/co ipa teste in suo Cant. Respexit dns humilitatẽ ancille sue Luce. i. De eius virtutibus quibus floruit dicetur libro. vij. par. q̃. articu. iij. p totũ. Capitulũ. VII.

Septima st. lla dicit sanctitas naz s debuit esse sanctitate excellentissima q̃ deũ gigneret vtpote que super omnes sanctos z choros erat exaltanda. Maiorẽ ergo grãm sanctificationis etiã in vtero sue matris debuit habere dei mater q̃ quicũq; sanctus: qm̃ vt dicit Damascen⁹ ipa a nullo illustriũ debuit superari: que ꝑ oibus debuit exaltari. Et hoc etam oñdi põt ex scripture serie ps. Sanctif cauit tabernaculũ suũ altissimus. Et iterũ. Elegit eã deus z preelegit eã: ergo pre alijs sctificauit. Secũdo ex fide qz qõ alijs est cõcessum tante virgini non est negatũ: sed ꝯm fidẽ Joanes z Jeremias sunt in vtero sctificati: ergo multomagis bta virgo dei mater debuit sctificari. Naz ꝯm Aristo. ij. Thopic. Si ei cui min⁹ videt ineesse ineest z ei cui magis. Si eni servi xpi predicti sunt sctificati: multomagis eius mater p̃cellẽtius ẽ sanctificata. Ysi Bern. in Epla ad Lano. Lugdunen. dicit Puto q̃ copiosior gratia sanctificationis in ipsam descendit que non solum ipsius ortum sanctificauit sed etiam eaz ab oi peccato immunẽ custodiuit. Hec ille De hac sanctificatione latius lib. v. par. i. articulo. ij. per totum Capl'm. VIII.

o Octaua stella dicit pfectionis sublimitas. Debuit eni talis eligi in dei matrẽ que foret dei dono per/

fectissima z omi gra plena: vt de eius ple/nitudine accipiat vniuersi: qtenus dicere valeat illud Eccl. xxiiij. In me ois gratia vie z veritatis in me ois spes vite z virtutis. Trasite ad me oes q̄ concupiscitis me: z a generationibus meis adimplemi. Decreuit ergo diuina sapientia vt ea que eligeret in matrē incōtum talis esset tam perfecta q̄ perfectior esse non posset. Circa hoc q̄rit. Utrū deus potuerit ipsam facere perfectiorē vt meliorē cē fecit. Rñdet sm Tho. ꝑmo scripto sentētiarū di. xxij. arti. ij. Et ire ꝑma ꝓte sūm. q. xxvij ar. vi. Cō cor. Alexandē. de hal. q̄ perfectum est cui nil addi pōt de bonitate z btā virgo inc̄/tū mater dei est talis. Licet enī deus oēm creaturam in pfectiōe accidētali possit in infinitum facere meliorē. In pfectione tñ essentiali nō pōt facere meliorē ꝓbi gratia nō pōt facere quaternariū maiorē. q̄ si fieret maior iā nō esset quaternarius sed alī numerus. quia vnitas addita in numeris variat speciem sm Ari. Sic a simili: licz deus potuerit btām virginē vt dei creatura vel vt mulierē facere meliorē in perfectiōe accidētali tñ nō potuit facere vt esset melior mater z melioris filij mater: z ordinata ad maius bonū. Ita q̄ hijs tribus non pōt aliq̄d fieri melius. s. humanitate xpi: btitudine creata: z btā virgine q̄ pz q̄ hec tria habent quandā dignitatē infinitam ex bono infinito q̄ deus est. Nam humanitas christi habet dignitatem infinitaz ex hoc q̄ iuncta est diuinitati q̄ est infinitū bonum. Et btitudo creata habet dignitatē infinitā ex hoc q̄ est dei fruitio: z btā virgo ex hoc q̄ est mat dei z ex hac ꝓte nō pōt eis aliq̄d melī fieri sic nō pōt aliq̄d melī esse deo Hec Tho. La. IX

n Ona stella in ordine. z ꝑma tertij quaternarij: dicit virginitas. Nā dei genitrix debuit esse virgo castissima corpe z aia: q̄ pz. Primo ex auctoritate Esa. vij. ca. Ecce virgo cōcipiet z pariet filiū z vocabit nomē eius Emanuel. i. nobiscū deus. Secundo pz ex rationibus pluribus. Primo quidem quia non fuit conueniens vt dei filius haberet aliū patrē cē deū ne dei pōis dignitas ad patrem alium transferret. Secundo vt sicut ꝑbū eterni patris q̄ est filius dei nascit ab eo sine oi corruptione sicut z verbū in nostro corde absq̄ cordis corruptione cōcipit z ꝓducit. Ita ad oñendū puritatē filij dei nascentis debuit a matre virgine absq̄ mentis z carnis corruptione cōcipi z nasci in carne assūpta a verbo. Tertio q̄ nō decebat vt xps qui venerat aliorum pctā tollere Joh's. i. Ecce agnus dei: ecce qui tol. pctā mundi. Ipe cū culpa veniret in mundū: dū per cōcubitū z corruptionē nasceretur. Quarto propter finem incarnationis Nam xps ideo incarnatus est vt hoies in filios dei nascerent: renascuntur aūt filij dei: nō ex volūtate carnis: neq̄ ex volūtate viri sed ex deo. i. dei ꝑtute. Cui⁹ rei signū apparere debuit in ipa cōceptiōe xpi ex matre virgine vt Aug. dicit lib. de sctā ꝑginitate Hec btūs Tho. tertia parte summe. q. xxviij. ar. i. De hijs latius. li. viij. p. i. p totū. Tertio pz hoc ex figurarū similitudib⁹. Nā ꝑginitas matris dei prefigurata est in rubo ardenti qui nō cōburebat Exo. iij. Ite Eze. xliij. in porta templi. que clausa perhibet z non aperiet q̄m dñs egredit per eā. Et in multis alijs de quibus causa breuitatis hic ꝓtranseo libro quo s latius dicturus Lap'in. X.

Ecima stella qua gloriat dei genitrix: dicit voti religiositas. Nā ea debuit eligi in dei matrē: que non solū esset virgo absolute sed et virgo voto ꝓsecrata: q̄d oñdit. Primo ex auctoritate btī. s. Aug. lib. de sctā virginitate vbi sic dicit. Annūciante angelo Maria rñdit. Quō fiet istud: q̄m virū nō cognosco. q̄d profecto nō diceret nisi se virginē ante vouisset. Scōo oñdit rōne: q̄ ꝑginitas in matre dei ꝑexcellēter pollere debuit: sed magis est laudabilis virginitas sctā vel cōseruata ex voto sicut z cetera pfectiōis opa magis sunt laudabilia ex voto: ꝓpter q̄d ps. hortat ad votū. d. Vouete et rēddite dño deo vestro omēs qui in circuitu eius offertis munera ergo dei mater debuit ex voto offerre deo suā virginitatē. Sed dī. Quō btā virgo votū virginitatis emittere ausa est: cū hoc in lege veteri ꝓhibitum

erat Vñ Exo.xxiij. Nō erit infecūda nec sterilis i terra tua Rñdet q̄ btā ꝟgo habuit ꝟginitatē trib⁹ modis. Primo in desiderio. Nā añc̄ incarnatio filij dei ab angelo sibi annūciaret ꝟginitatē simpl'r z absolute nō vouit.eo q̄ nō licebat. rō q̄ tpe legis oportebat gñatiōi insistere tā viros q̄ mlieres. eo q̄ ex illo ꝓpło xp̄s expectabat ex carnis originē nascitur⁹. habuit tñ b. ꝟgo tūc tpis ꝟginitatē in desiderio z eā sub ꝺditiōe vouit.s.si deo placeret: volūtatē suā z desideriū diuio ꝺmittēs arbitrio. Scōo b. ꝟgo habuit ꝟginitatē in fctō: q̄ postq̄ sibi inotuit hoc deo forz acceptū.s. vt ꝟginitatē voueret añc̄ ab angło sibi denūciaret z añc̄ a ioseph despōsaret absolute ꝟginitatē vouit Tertio ex cōi bñplacito: nā postq̄ fuit despōsata: ipa sil' cū spōso suo ex cōi voluntate z bñplacito ac ꝺsēsu: ꝟginitatē ꝟotū emisit. Hec btūs tho.iij.pte sūme.q.xxviij.ar.iij. Ca.XI.

Vndecima stella q̄ gl'iat dei genitrix dō sponsi,pbitas.debuit q̄ ꝑ talis in dei matrē ꝟgo eligi q̄ esset despōsata viro,pbissimo z castissimo noie Joseph. Et hoc ostenditur ꝑm Albertuz vbi supra capi.l. rationibus pluribus

Primo ratione prefigurationis.
Secundo ratione interpretationis.
Tertio ratione testificationis.

Primo rōe p̄figuratōis. Nā nō ꝺgruebat vt spōsus btē ꝟginis p̄figuraret q̄ alī quē q̄ extiterit maritus q̄ carnalē copulā. cū ip̄e sine carnali copula sctm̄ coniugiū cū virgine ꝺtraxerit: ꝟgo ꝺiugē ꝟginē custodiuit: z mīstrauit filio z mri: p̄no affectu sincero. vñ lz Hester figuauit b. ꝟginē nō tñ decuit vt eius spōsus p̄figuraret per Asuerū vt sic spōsus dñi nr̄i Asuer⁹ doueret noiari: q̄ inf Asuerū z hester carnalis copula fuit. Silr eadē rōne lz Sara gignens filium p̄ter naturā i monte ymolandum teneat figuram domine nr̄e que genuit filium ꝺtra naturā in cruce ymolandū. Nō decuit tñ vt ei⁹ spōsus Abraā nominet: q̄ inter Abraā z Saram carnalis copula interuenit et eodē mō de Rebecca z Jsaac ac alīs sil'ib⁹. sz decebat vt istud ꝺiugiū z ipse spōsus b. ꝟginis p̄figuraret p Joseph in sui fidelitate z castitate erga vxorē dñi sui ac mysterioꝝ reuelatiōe,pcuratiōis cōmissione: cibi cōseruatione: z terre plātōe. Vñ Bern̄. Sup missus ē dicit sic: Quis z q̄lis fuerit iste spōsus Joseph memēto sim̄l' z illi⁹ magni p̄triarche vēditi in egyptū: z scito ip̄m istud vocabulū nō solū sortitū fuisse: sed z castimoniā adeptū: innocētiā z gr̄am cōsecutū Siq̄dē ille Joseph vēditus in egyptū dño suo fidē seruās: dñe sue noluit cōmisceri. Jste herodianā inuidiā fugiēs in egyptū xp̄m portās dñam suā dñi sui matrē ꝟginē. et ip̄e cōtinēs fideliter custodiuit Jlli data ē intelligentia mysteriī somnioꝝ. Jsti datū est participē esse celestiū sacramētoꝝ. Jlle frumenta ꝺuauit nō sibi soli sed z oi ꝓplo. Jste panē viuū de celo seruanduz accepit sibi z tori mūdo. Nō ergo dubiū: q̄n fidelis z bon⁹ homo fuerit iste Joseph cui mater dñi saluatoris desponsata extitit. Hec ille. Tertio ratione interpretatiōs siue significatiōis nois: q̄ Joseph interpretatur augmentū vel incrementū: quod optime ip̄i congruit sponso Marie. quia per hāc desponsationē q̄tum ad se q̄tum ad proximū z q̄tum ad deū q̄plurimū sublimatus fuit virtutū z precipue castitatis augmento. Nam z ip̄e castitatem vouisse creditur cum cōiuge virgine z̄c. sicut dicit Augu⁹. lib⁹ de coniugali bono. Jtem actus fuit fame celebritate,bonum reuerentia z dilectione.ac matris dei familiaritate. Tertio ratione testificationis vt sz ip̄e Joseph spōsus castus: testis esset z custos castitatis b. ꝟgis. de q̄ ifra eo.li.par. vi.articu.iij.cap̄.i.latius habes Ca.XII

Duodecima stella: q̄ gl'iat btā virgo dō habitaculi p̄claritas. Nā in p̄clara ciuitate. Nazareth hitare debuit b. ꝟgo dū xp̄m ꝺciper vt ip̄lerēt illud ꝓphīcū Esaie.xi. Egredietꝟga de radice yesse. vbi ꝑm ꝟitatē hebraicā habet: z Nazare⁹ de radice ei⁹ ascēdet. Vñ z Mathei.ij. scribit p ꝓphās esse dictū: q̄m nazareus vocabit nomē ei⁹ z̄c. De q̄ lati⁹ infra eodē li.p.vi.ar.i.ca. iij. habet. Ne enz plixitas ted: ū generet: hec breuius ptranseo: et vt reuertamur sicut ceperamus in

hac pte ꝓcedere ad modū hystoricū: quē si placuerit tenere potes p̄ omnes dictas stellas ꝓcedēdo: tanꝯ si sapia dei per dictas oēs auctoritates et rōnes adductas docuerit dauid interrogantē. Jā igit̄ his habitis possum⁹ cōtēplari: q̄ dauid grās egit de bona in formatiōe. d. Vere magnus dn̄s noster t magna virtus ei⁹ et sapiētie eius nō est numer⁹. Omia in sapiē tia fecisti dne: impleta est terra possessione tua. Reuersus quoꝯ ad p̄es ait cum gaudio: Cantate dn̄o canticum nouum: quia mirabilia fecit. Notū fecit dn̄s salutare suū in ꝓspectu gen. reue. iusti. suā. Exposuit q̄ omēs cōditiones p̄missas quas debuit habere dei genitrix. Tūc sancti patres cōmuni consilio miserunt dauid ad nazareth: vt videret si aliquā talem posset reperire. Conspiciēs quoꝯ in spiritu beatā virginē mariam desponsatā ioseph virginē pulcherrimā esse t omni grā plenā tē: dixit ad eā: Audi filia et vide t inclina aurē tuam et cōcupiscet rex decorez tuum quoniā ipe est dominus deus tuus tē. Respondit maria: Paratum cor meū paratum cor meum cantabo t psallam in gloria mea. Dauid igit̄ accedēs ad dominū ait: Jnueni locum domino taberna culum deo iacob. Surge domine in req̄em tuam tu et archa sanctificationis tue. Tunc deus pater misit angelos ad vidēdum beatā virginez quā dauid cōmēdauerat. Qui venientes ad eam dixerunt inter se: Hec est que nesciuit thoꝯ ī delicto habebit fructum in respectione animaruz sanctarū. Sap. iiij. Et regressi cōmendauerūt eam in domo sūmi regis: laudātes eam et dicētes: O q̄ pulchra est casta generatio sc̄z beate virginis cū claritate omnis virtutis et gratie. Jmmortalis em ē memoria eius que t apud deū nota est et apud homines. Sap. iiij. ca. Intuens ergo deus pater eam: dilexit eā t ait illō Sap. viij. Hanc amaui t quesiui spōsam mihi assumere eam t amator factus sum forme illius. Denicꝯ dei filius intuēs eā ait: Hec requies mea in seculuz seculi hic habitabo quoniam elegi eā. Et spūssanctus dixit. Oportet eā mihi preuenire in benedictionibus dulcedinis. Requiescet ergo super eam spiritus domini sapientie t intellectus tē. Esa. xi. Et tūc decreuit deus vt mittatur angelus ad eam qui saluet eam nouo munere ditandam: t eius assensum requirat: quo facto dei filium in vterū suscipiat. Dauid ergo regressus cū gaudio ad p̄em ait: Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. Omēs q̄z sancti patres in laudē virginis assurgentes cecinerūt dicētes: Tu gloria hierusalē: tu honorificētia populi nostri. Jdcirco eris benedicta in eternū. Judith. xv. Et nos igitur carissimi: quāta possum⁹ deuotione deū in gloria sue dignissime genitricis ollaudem⁹: ei gratias ꝓ tanto bñficio agētes: clamem⁹ vt nob grā t glia donet

Tertia pars et sermo tertius primi libri agit de angelica nunciatione siue missione. Et circa hoc qualiter apparuerit btē virgini angelus et quali dignitate.

Jssus est angelus

m Gabriel a deo: in ciuitatē galilee cui nomen Nazareth: ad virginem desponsatā viro: cui nomē erat Joseph de domo dauid t nomē ꝑginis Maria Luce. i Si premissa charissimi pens t mus sacri euangelij verba: cōperimus q̄ maxima cordis deuotiōe venerari debeamus sctm̄ Gabrielē archāgelū missum a deo ad bñdictā ꝑginē. Nimirū ex trib⁹ precipue qulibet legatus reddit multuz cōmendabilis t dignissima reuerentia suscipiendus. Primo quidem ex mittentis dignitate. Secundo ex negocij pro quo mittitur arduitate Tertio ex persone ad quaz mittitur maiestate. Sic per omnia ipe angelus Gabriel multū nobis reddit amabilis pariter t venerabilis: tuz q̄ mittitur a summo oīum creatore deo infinite dignitatis: tum quia in negocio super omnia arduissimo diuine incarnatōis nobis quoꝯ vtilissimo imittitur: tum quoꝯ q̄z ad benedictā virginē mariā: celi reginaz et mundi dominā mittitur salutandū tē.

quatenus ipo annuciãte dei filius in virgineũ descẽdat vteꝝ t visitet nos exoriẽs ex alto. Sicut quippe in vere qñ philomena canit dulciter: consueuit ros celestis descendere: ita cum hec philomena celestis videliter gabriel cantũ illum melliflum videlicz: Aue gratia plena cecinit dei filius e celo in vteruz virginis descẽdit p nostre salutis opatiõe: ꝓterea euãgelista lucas in verbis sacri euãgelij hec tria de isto sanctissimo gabriele enũciat. d. Dissus est angelus gabriel a deo: ecce mitentis sũma dignitas. quia a deo. Itẽ ad virginẽ desponsatã viro ꝛc. Ecce ipius psone ad quã mittitur sublimitas. Tandem in sequentibus clarescit rei ꝓ qua missus est arduitas: scz incarnationis diuine: sic paret in processu verborum eius ad virginem benedictaz, platorez. De hac igitur angelica missione t annunciatione loqui intẽdẽtes tria misteria notabim⁹ ꝓ ordine.

Primũ misteriũ angelice annũciatiõis siue missiõis
Secundũ dicitur misteri um qualifice apparitionis.
Tertium dicit misteriũ dignifice obseruationis

Articulus primus q misteriũ diuine incarnatiõis debuit ãnũciari virgini per angeluz gabrielem. La. I.

Primũ misterium angelice missiõis t annũciatio ꝓ nis. Circa qđ q̃tuor ꝑcipue occurrũt questiões. Prima vtꝝ necessariũ t ꝯgruũ fuerit incarnationis misteriũ btẽ ỽgini annũciari. Secũda q̃stio vtꝝ hec dñica annũciatio per nunciũ tantũmõ angelicũ debuit fieri ꝛc.

Tertia questio de quo ordine debuerit angel⁹ ad ỽginẽ ꝓ hac annũciatiõe mitti

Quarta q̃stio vtꝝ cõgruenti⁹ gabriel inf oẽs angelos debuerit ꝓ hac annũciatiõe faciẽda eligi. Ad primã q̃stionem qua querit: vtꝝ necessariũ fuerit t cõgruum incarnatiõis misteriũ btẽ ỽgini annũciari. Arguit q nõ qz de⁹ cũ sit ꝓpinq̃ssim⁹ hũane mẽti q sol⁹ imediate illabit aie vt dicit Aug⁹. nõ videt q̃re necessariũ fuerit aliquo mediãte dei aduentũ ỽgini bñdicte annũciari. Itẽ ista incarnatio dñi ꝓnũciata erat olim ꝓ ꝓphas Vñ Esa. vij. Ecce ỽgo ꝯcipiet ꝛc. g nõ erat necessariũ fieri ꝑ angelũ. In contrariũ ẽ diuine scripture auctoritas t diuie puidẽtie ordo: q nil incongruũ admittit: g cõgruũ fuit annũciari ꝛc. Ad q̃stionẽ igit rndet q ne cessariũ erat annũciare btẽ ỽgini q ipa esset xp̃m ꝯceptura ꝓlib⁹ rõnib⁹ ꝑm Tho. tertio scripto sniaꝝ di. ij. ar. i. Et iteꝝ. ij. ꝓte sũme. q. xxx. ar. i. Necnõ t ꝑm Alb. su per missus est ca. i. Prio vt ỽginis itellect⁹ erudiret t illustraret. Cũ em̃ mens deo vicinior sit t intimior cp̃ corp⁹: nõ decebat vt dei sapia ei⁹ vteꝝ inhabitaret sine hoc q mens ei⁹ pri⁹ fidei lumĩe t cognitiõe sũme sapie resplẽderet. Et iõ prius debuit mẽs ei⁹ itelligere t cognoscere qđ in ea fiendũ erat qđ ꝓ annũciationẽ factũ est añ cp̃ carnẽ ꝯciper. Vñ Aug⁹ li. ō verbis dñi sic dicit: Beatior ẽ maria ꝓcipiendo fidẽ xp̃i cp̃ ꝯcipiẽdo carnẽ xp̃i Et subdit ibidẽ. Paterna ꝓpinq̃tas nihil marie ꝓfuisset: nisi felicius xp̃m corde cp̃ corpore gestasset. Hec ille. Secũda ratio vt virginis affect⁹ t act⁹ acceptaret. Nã deus nõ diligit coacta seruicia sed sponta nea. vt. d. Aug⁹. iuxta illõ ps. Volũtarie sacrificabo tibi t ꝯfi. no. t. do. q. bo. ẽ. vnõ btã ỽgo cũ singlr et excellenter in dei seruitiuz eligeretur quẽ vtero portauit lacte aluit: brachijs baiulauit decuit vt ei⁹ obsequm volũtariũ angelo nũciãte requireretur: ad quod se paratã t ꝓmptam obtulit dicẽs: Ecce ancilla dñi. Tertia rõ vt virginis cõsensus exp̃meret. Si em̃ in mr̃imonio corpali requirit exp̃ssus cõsensus: multomagis in mr̃imonio spũali: cũ sit maior cõiunctio mentis cp̃ carnis. Et ideo vt ostenderet eẽ quoddã spũale mr̃imoniũ inter dei filiũ t hũanam naturam igit per annunciationẽ angeli expectabatur consensus virginis loco totius humane nature. Idcirco Aug⁹ in sermone de natiuitate btẽ marie dicit: O beata ma/

ria seculū oē captiuū: tuū depcatur assen/
sum. Te dña mundus sue fidei obsidem
fecit: Noli morari virgo. nuncio festinan/
ter rñde verbū: & suscipe filium: da fidē &
senti virtutē. Ecce inquit ancilla dñi fiat
mihi ſm verbū tuum. Hec mora virgina
lem thalamum ingreditur xps. Hec ille.

Quarta ratio addit ſm Alb. vbi sup.
vt deus magis honoraretur & hō instrue/
ret. Nā de⁹ in hac annūciatiōe honoraba
tur quantū ad potentiam in eo q angelos
mistros habuit: et quantus ad sapiam: in
eo q modus nre liberationis mō pditio/
nis directe obuiauit cū ỹginē p angelum
bonū vocuit: sicut angelus mal⁹ virginē
euā decepit. Item hō instruit ad deuotio
nē in eo q humana natura abiecta deo et
angelis inimica a deo prior p angelū salu
tat: & in hoc etiaz deus honorat quantuz
ad bonitatē: que ex hoc resplēdet ac chari
tatē: deniqz ex hoc hō instruit ad fidē: ad
obediendū deo & ad humilitatem exēplo
btē ỹginis &c. Et p hec pmissa patet
rñsio ad primū argumentū in ꝯrarium.

Ad scōm aūt rñdet ſm eūdē Tho. vbi
supra. q licet ꝓphetia pdestinationi s cō/
pletur sine nostro arbitrio causante: nō tñ
sine nostro arbitrio ꝯsentiēte & sic ptz &c.

Capitulum. II.

Ecūdo queritur vtrū hec dñica an/
nunciatio tantūmō p angelicum
nunciū debuerit fieri. Videt q
debuerit annunciari vicz p aliquē ꝓphaz
quia incarnatio xpi notificabat & prenun
ciabat in veteri lege p hoīes: vicz ꝓphas
et patriarchas ergo & ipi beate virgini de
buit nunciari p ꝓpheram. Preterea su/
perior non debet instrui p inferiorē: Sed
beata virgo superior fuit angelis q deo ac/
ceptior: ergo nō debuit sibi p angelū ꝯcep
tio annūciari Item ꝯfirmat q sūmis an
gel fit reuelatio imediate a deo ꝓp ipōrū
dignitatē: sed mr dei ē sup oēs exaltata ḡ
videt q imediate sine oñ i angelico nun/
cio sibi debuit fieri reuelatio a deo ō icar
natiōis misterio. Preterea btā ỹgo ex
lumie fidei & gre cognoscebat deū incar/
nandū et credebat hoc fidelissime que ad
hoc in vtero erat sanctificata. Jō non vi/
det q p angelū hoc sibi debuerit reuelari

In cōtrariū ē dispositio diuie sapie sic
testat sacra scriptura missus ē inqt angel⁹
&c. Ad questionē Rñdet ſm Tho. vbi
s ar. ij. Hecnō ſm magnū Alb. vbi s. ca.
ij. q misteriū incarnatiōis null⁹ hoīm de/
buit btē ỹgini annūciare: qr inferiox ē re
cipe a supioribz illumiationē. vt dic dio.
de angelica hierar. Sed null⁹ hoīm fuit
btā ỹgie supior q oēs ꝓphas & sctōs pcel
lebat lumie gre & merito sctitatz ḡ &c. Li/
cet aūt btā ỹgo fuerit etiā angelis supior
ſm acceptationē diuie pdestinatōis & q̄/
tū ad dignitatē ad quā diuinit⁹ eligebat
Erat tñ eis inferior q̄tū ad statū. qm ipa
in statu pñtis vite erat: angeli vero in sta
tu pñe. Hec mix hoc. qr etiā ipe xps rōne
passibilitatz vite paulomin⁹ ē ab angelis
miorat⁹. Sed tñ qr xps fuit viator & com
prehensor quantū ad cognitionē diuinorum
nō indigebat instrui: sed mr dei nondum
erat in statu cōprehēsox & iō de diuio con
ceptu erat p angelū instruēda & annūcia/
da: et hoc quadruplici ratione.

Primo rōe diuie ordinationis
Scdo rōe angelice restauratiōis
Tertio rōe mūdicie ỹginalis
Quarto rōe future vtilitatis.

Primo rōe diuie ordiatiōis vt. s. serua/
ret ordo quē de⁹ statuit. q vicz diuia me/
diantib⁹ angelis quox officiū est nūciare
hoib⁹ panderent & annūciarent. Et hec ē
regula diuie ordinationis sic dicit Dio.
iij. c. ā gelice hierar. Diuinū inqt iesu be/
nignitatz misteriū angeli pmū edocti sūt
preterea p ipos ad nos gra cognitiōis trā
siuit. Hec ille. Scdo rōne angelice re/
stauratiōis. sicut em pditio hūana initiuz
sumpsit ex hoc q diabol⁹ allocut⁹ est mu/
lierē: ita vt dicit Beda congruū erat vt p
hūane repatiōis exordio angel⁹ ỹginem
alloquat: q̄ repatio angelice ruine & hūa/
ne cōis erat. Tertio rōe mūdicie ỹgi/
nalis. Vñ Hiero. in sermōe assumptiōis
marie sic dicit: Bene angelus ad ỹginez
mittit: qr semp est angelis cognata ỹgini
tas: pfecto incarne ptēr carnē viuere non
terrena vita ē sed celestis. Quarto ra
tione future vtilitatis. qr ille annūciabat

qui est rex oim hoim z angelo3 cui9 nati uitas sicut in salutē erat hoim ita z in re pationem angelice ruine z ido decuit vt tā hō q̄ angel9 in annūciatiōe misteriuz exhiberēt Hec Tho. z Alb. Ad argumentū p̄mū in ꝓrariū patebit ex p̄missis rn̄sio. Et siliter ad scd̄m et ei9 ꝓfirmatio nē patebit rn̄sio. q3 licet mr̄ dei erat supi/or dignitate. nō tn̄ quantū ad statū Ad vltimū rn̄dek fm Alb. q licet btā ꝑgo fi/dē incarnatiōis habuit. verūtn̄ ex būilitate cordis sui nūq̄ cogitauit se ad tale mi/sterium sublimandum: et ideo ab angelo debuit premoneri. La. III.

Tertio q̄rebak de quo ordie debuerit angel9 ad annūciandū mitti: Videk em̄ q de sūmo q3 sūma nūciabat. Ex q̄ videk q gabriel fuerit sū/mus z de sūmo ordine. s. seraphin. Ad hāc q̄stionē breuit rn̄dek q q̄q aliq̄ putauerint gabrielē eē de sūmo choro: ex eo q sūmū misteriū. s. incarnatōis ad plenū scierit z ānūciauerit. Tn̄ cōis eccl'a sonat eū fuisse ō choro archāgelo3 z nō ō seraphī vel alīs supioribꝫ. Nam z cōiter gabriel archāgel9 appellak. vn̄ iste angel9 nō fuit de sūma nec ō media hierar. sz vt pbabi/li9 videk fuit ō medio ordie īfime hierarchie. q̄ ē ordo archāgelo3 Et h̄ oñdit fm Tho. vbi s. Necnon z Alber. z pleroscꝫ alios doctores plurib9 rōnibus.

Primo rōne vtilitatis
Scdo rōne cōmūitatis
Tertio rōe ꝓprietatis

Primo rōe vtilitatis. cū em̄ xp̄s nascebak vt inordinationem q̄ in angelis accide/rat reparet: decuit vt in sua ꝯceptione ordo ille celestis hierarchie maxie seruarek: vt. s. sūmi angeli mediātibus infimis hoies illuminārēt z iō gabriel p quē ꝑgo illumīabatur erat de infima hierarchia.

em ipse referes se hoc modo euasisse. Qđ cum ego audissem firma memoria tenui. Et confiteor quia cum essem ipa pestę p cussus pluribus vicib. hoc dignissimo re medio predicto euasi. Nec vis ipsi⁹ apostematis prevalere mihi potuit quotiens cunq; dictum remedium exhibui. Itē beatus Anshelmus libro miraculoꝝ. ca. xvij. refert quoddam miraculū narratione dignissimū de hoc videlicet. q quidaz quasi tota die aue maria dicebat. Cunq; peregrinus iret ipe per locum silvestrem. quidam mali robbatores credentes q esset pecunia apud ipm: occiderunt euz instigante diabolo: et sepelierunt euz prope stratam in eodem loco: baculū quoq; cubitalē quem portabat in manu ipe peregrinus: fixerunt in terram supra corpus defuncti ad memoriā. postmodū idem baculus meritis beate virginis ramos ptulit et frondes: radicem quoq; misit in os defuncti et facta est arbor pulchra et magna Cunq; pgressu temporis. Quidam magn⁹ clericus inde transitus faciens requiesceret sub vmbra illius arboris vidit vna cum comitantibus eum: q in quolibet folio patenti littera vt ab omnib legi posset scriptum erat: aue maria gratia plena dominus tecum. Admirati quesierūt ab hominib q uid hoc esset. Illi dixerunt q qdā pegrinus quōdā fuisset ibi occisus: z baculus infixus terre ibi fuisset supra ei⁹ corpus igitur accedunt miraculo omnes percussi et apperiunt terraz et ecce inuenerunt corpus integrum z sine omni putredine iacere in terra: radicesq; arboris in ore habere. Cognouerunt omēs quia homo ille frequentasset ī vita dicere aue maria ꝛc. et laudarunt deum ac beatam virginem. Unde loc⁹ iste postea habitus est in magna reuerentia a fidelibus: vbi deus ad inuocationem beate virginis ostendit multa miracula. Ecce claret q excellens sit virtus huius salutationis: quia z aiam creditur in celum meritis beate virginis prouexisse. Et corpus longo tempore preter naturam in terra illesum cōseruasse: et miraculose arborem frondosam de sicco ligno produxisse: radicemq; in os defuncti immisisse: venięq; folia ipsa salutatione depicta gerandi miraculo fuisse. Multa quoq; miracula ibi contigisse ad gloriam benedicte virginis et eius filij domini nostri iesu christi. Eya ergo fidelis anima aduerte q bonum sit beatam virginem crebro salutare: pensa diligenter virtutem huius salutationis et noli esse piger hanc excellentissimam salutationem frequentius corde et ore ad laudem virginis depromere ꝛc. vt valeas gratiā et gloriam eternā obtinere ꝛc.

Articulus secundus de medio salutationis angelice: scilicz gratia plena dominꝰ tecum benedicta tu in mlieribus.

Circa secūdū misterium de huius salutationis medio ꝑm q tres sentētie continentur: tres considerationes faciemus. Prima consideratio de hoc q dicit Gratia plena. Secunda de hoc q dicitur Dominꝰ tecum. Tertia ō hoc q dicitur Benedicta tu in mulieribus ꝛc.

Ca. I. de hoc qō ōr gra plena.

Et hoc q dicit gratia plena: tria sunt inuestigāda Primū de huius dicti congruentia Secundū de huius plenitudinis differentia. Tertium de eius intelligētia Primo inquā de huius dicti: scz gratia plena congruentia: Queritur quare dicatur gratia plena

Videt enim q hoc dici non ita ꝯgrue bat sicut si dixisset gloria plena: quia gloria perfectior est gratia. ergo in hac salutatione perfectissima debuit dici gl'ia plena. Item videt q debuerit dici spūsco plena: quia spiritussanctus nominat tantummō gratiā gratum facientem in nobilissimo esse. gratia autem non. quia diuiditur gratia etiam ad gratiam gratis data: sed spūssanctus semper dicit gratiā gratumfacientem: ergo in ista salutatione nobilissima debuit dici spūsctō plena.

Ad hoc rndetur ꝑm magnū Albertū. vbi supra. ca. lxviij. q istud sūme cōgrue

bat vt angelus diceret: gratia plena. Ratio quia in hac salutatione annunciabat initiū et origo omīs gratie ac beatitudinis in humanū genus transfundende per beatam virginē mariā. Vñ Ecci. xxiiij. In me inquit omnis gratia vie z veritatis: in me omnis spes vite z virtutis: sed initiū glorie z beatitudinis est in hac vita per gratiā: cuius cōsūmatio est in futuro per gloriam. Nam ſm Richar. sup. iiij sniaz di. xlix. Gloria nil aliud est nisi gratia cōsūmata. ergo ꝯgrue dictū est gratia plena. vt per hoc signaret ꝙ per hanc salutationē annunciatur origo omīs gratie in hūanū gen⁹ trāsfundēde tā i viaꝫ in pria

Ad primū ḡ obiectū patz rnsio ꝙ nō debuit dici glia plēa. qz glia ē ꝯsūmatio gre hic aūt annunciatur initium z origo gratie. ergo pot⁹ poni debuit gratia q̄ꝫ gloria. Ad secundum dicit ꝙ spūssanctus ꝓprie tantū nomīat grām spūalem z gratum facientē. Gratia autē cōmune est ad grām corpalem siue gratisdatā: et etiam ad spiritualē siue gratūfacientē. Vñ cum ista plenitudo in beata virgine contineat gratias non tantū spūales sed etiā corpales congruenti⁹ dr gratia plena q̄ꝫ spūsctō plena. Hec Alber. vbi s. Ca. II.

Ecūdo de huius plenitudinis differentia querit in quo differat ista plenitudo gratie ab alijs plenitudinibus. Hoc quidē ideo: quia et de christo legitur. ꝙ fuit plenus gratia z veritate Joh. i. Item de stephano. Act. vi. Stephanus autem plenus grā z fortitudine. Item z de aplis Act. ij. Repleti sunt omēs spūsancto ⁊c. Ad hoc breuiter rndetur ſm Tho. tertio scripto sniaz dis. xiij. q. i. ar. ij. cōcordāt Alb. z nr Rich. Bonauē. z cōiter doctores ꝙ q̄druplex ē plēitudo grē

Prima sufficientie.
Secunda copie ⁊c.
Tertia singularis excellētie
Quarta efficiētie z redūdātie

Prima ē plenitudo sufficiētie ꝑ quā alicui in se formaliter sunt perfecti quantuz ad oēs virtutes et quantum ad expulsionē omniū peccatoz mortaliū. Et hec plenitudo fuit in apostolis z in beato stephano ac alijs sanctis perfectis ſm quā aliqs sic impletur deo vt nil in eo deo aduersuz remaneat. Secunda plenitudo gratie est plenitudo copie. Et hec est ī tota ecclesia dei: quia nulla gratiarū ei deest: quin sit in aliquo membroz suoz. Tertia est plenitudo specialis excellentie vel prerogatiue que non solum omnia mortalia sz etiā oīa venialia fpellit: et hec fuit ī beata virgine ſm quam plena gratia fuit: vt nil esset in ea quod nō ordinaretur ad deum. Quarta est plenitudo efficiētie z redundantie: quaaliquis non solum est plenus in se et perfectus sed etiā est causa plenitudinis et redundantie ipsius gratie in alijs: z talis est plenitudo in christo qui est causa efficiens omnis perfectiōis sanctoz: de cuius plenitudine nos omēs accepimus gratiā ꝓ gratia. vt dicit apostolus. Sic ergo differt iste plenitudines substantialiter z originaliter. Est cīm plenitudo xpi quasi fontis. Plenitudo autē btē ỽginis quasi flumis plenitudo. Sācto⁊ autē plenitudo q̄si plenitudo riui a flumie descendētis. Itē aliud exēpluz cape tale: plenitudo sufficientie est que replet ſm rei congruentiā: vt cum dicit piccarium plenum est vino: non ꝙ ibi nullus vacuus locus relinquet quia vsqꝫ ad summū orificij est repletum. sed quia ſm congruentiam piccario sufficit vinū. Sic fuit in apostolis z stephano: qui peccauerūt venialiter. Deniqꝫ ē plenitudo vsqꝫquaqꝫ replens ꝙ in re impleta nil vacuū relinq̄tur vt in mēsura vini vel olei: vel in piccario vsqꝫ ad sūmū orificij repleto. Hec fuit in btā ỽgine que nunqꝫ peccauit. Superfluēs aūt plenitudo ē q̄n res ipa vasis capacitatē excedit z ī ad extra effluēs redundat: hec fuit ī xpo. Et hec ipa plenitudo descēdit etiā in btāz ỽginē q̄n ỽbū dei cōcepit. vñ ſm Alb. Plenitudo xpi ꝓuat ꝑticularitatē qz nō ad mēsurā dedit ei deus spūsctm glo. i. nō ꝑticularit neqꝫ ꝑ subdiuisiōes: sz vlit et gnal⁹. Plenitudo aūt btē ỽginis ꝓuat vacuitatē. q̄diu cīm vas pōt recipe aliq̄d: tādiu habz aliq̄d ō vacuitate. vñ oīs creata hz aliq̄d de vacuitate: qz maiorē grāz recipe pōt. Sz btā ỽgo tātā

recepit vt maiorem recipe nō posset: scz q̄ esset mater dei et sic pareꝫ. Ca. III.

Tertio videdū ē de hui⁹ dicti itelligētia. q̄d scz p̄ hāc plenitudinē grē in btā ꝟgine intelligaꝫ et in q̄ ꝟsistat ista ei⁹ plenitudo. Ad qō breuiter dicēdū fm Alb. sup miss⁹ ē ca. lxxij. t. ccx. Necnō fm Jacobū de voragie. q̄ p̄ hoc q̄ dicit gratia plēa tria cōprehēsa intelligūt fm qō ista plenitudo in his trib⁹ cōsistit.

Primo p̄cellētia dignitatis
Scdo p̄eminētia sanctitatis
Tertio supabūdantia capacitatꝭ

Primo itelligit p̄cellētia dignitatis: q̄ in ꝟ claret t attēdit q̄ ipa ē ꝟgo mr̄ oipotētis dei: dña mūdi t regina celi ac oīum impatrix gl̄iosa. Vñ ipa compat se cedro Ecci. xxiij. Quasi cedrus exaltata sū i libano. Cedrus q̄ppe in altitudie trāscēdit oēs arbores sic t ipa oēs hoies t angelos ac creaturas. Scdo p ꝟ q̄ ōr gr̄a plena intelligit p̄eminētia sctitatis q̄ in hoc attēdit q̄ ipa sup oēs angelos t sctōs intra deū est sctissima t purissima ea puritate qua sub deo neq̄t maior itelligi. Et insup nō solū in se est sctissima: sed et alios pōt sctificare t a pctō sanare. Vñ se cōparat cypresso. q̄ ē arbor medicinal. Ecci. xxiij. Quasi inq̄t cypressus in mōte syon: ꝓterea Hugo de sctō vi. dicit ad eā. Recte dicta es gr̄a plena q⁹ de te ort⁹ ē fons gr̄e. Jdo totū nob quodāmō a te qō p illū nob est q̄ nat⁹ ē ex te. Bñ em̄ dicta es gr̄a plena et in tm̄ plena vt ex tuo redūdante tot⁹ hauriat mūdus Hec ille. Tertio intelligit supabūdantia capacitatꝭ. i. q̄ ipa fuit superabūdantissime capax oīs gr̄e. Od qui dē attēdit Primo in ꝟ q̄ oēs gr̄as gr̄ales et spēales oīm creaturaꝝ in sūmo habuit nec aliq̄ gr̄a sibi dēfuit. Vñ Ecci. xxiij. In me oīs gr̄a vie t veritatis ⁊c. de hoc lat⁹ deo duce dicet cuz de vita ei⁹ agetur. Secūdo attendit in ꝟ q̄ ipa illas gr̄as habuit a quib⁹ oīs creatura vacua fuit: scz q̄ esset ꝟgo et mater. Mater dei t hominis domina mundi ⁊c. Tertio in hoc q̄ sua gratia tanta fuit q̄ pura creatura nisi esset deo vnita maioris gratie capax esse nō potuit. Quarto q̄ gratiam increatam in se totam continuit et sic per omnem modum gratia plena fuit ⁊c.

De hoc q̄ ōr dñs tecū. Ca. IIII

Ecūdo quoq̄ de ꝟ q̄ dicit: dñs tecū. tria queruntꝫ Primo vtꝫ hoc dictū sit ab angelo bene positum. Scdo: quare aliq̄ determiatiuū ad ꝟ dictū nō sit additū puta vt dixisset dñs oīs potens tecū: vel dñs exercituū. Tertio qualiter dñm esse cū btā virgine sit accipiendū. Ad primā q̄stionē. Arguit q̄ nō bene ponat dñs tecū hoc loco: sed potius debuit poni p̄ tecum. pbat quia vt dicit pbs li. Retho. Sermōes semp inq̄rendi sunt fm materiā: sed i hac salutatiōe agit de materia amoris. Cū ḡ dñs sit nomen timoris. et pat⁹ nomen amoris: iuxta illud Malach. i. Si ego dñs vbi ē timor meus, ⁊c. ḡ videt q̄ debuit poni pater tecum

Confirmatur q⁹ dñs dicit q̄si dans minas: hic aūt nulla fit cōminatio sed p̄missio. ḡ nō debuit dici dñs tecū. Jtē cū tota trinitas sit mittēs istā salutatiōnē videtur q̄ debuit dici trinitas tecū. Jtē ille qui annunciat vocat emanuel. i. deus nobiscū vt ōr Esa. vij. ca. Jstud aut̄ esse nobiscū cōplebat in ista annūciatiōe: ḡ angelus debuit dicere de⁹ tecū vl de⁹ nobiscū.

Jtē ista ꝯceptio appꝛiat spūisctō: t etiā dñs bitat in hoie p̄ spūisctī gr̄az ḡ debuit dicere: spūisctus tecū Jtē videt q̄ debuit dicere: dñs i te. Fuit ei dñs cū btā ꝟgine mō eēndi in: t nō alio mō cū ḡ ꝟ annūciat dñs i eā p̄ corpalē p̄nt̄iā: debuit dicere dñs in te Jtē ñ videt rō: q̄re nō dixit pot⁹ tu cū dño: q̄ dñs tecū: t maxīe q⁹ dñs est cuz mat⁹ t mali nō sūt cū deo: scz tm̄ bono q̄ ē p̄ p̄riū: vt de⁹ sit cū eis et ipi cū deo. iuxta illud Aug⁹. li. ꝯfessi. Decū eras dñe t ego tecū nō erā: q⁹ mal⁹ erā. ḡ cū btā ꝟgo fuerit sūme bona debuit pot⁹ dixisse tu cuz dño. Jtē quare nullū ibi posuit ꝟbū. s. est vel erit non videt rō. vñ pareꝫ q⁹ male dictū sit dñs tecū Ad istā q̄stionē breuiter respondet fm Alb. ca. xi. sup missus est. q⁹ in ista salutatiōe p̄ hoc q̄ dicit dñs tecum duo intendebantur ab angelo. vnū vt persona mittentis propꝛie exprimatur. alterum vt liberum arbitrium beate vir-

ginis ad credendum ꝛ consentiendum inclinetur. Ista autē duo perfectissime ꝛ appriatissime exprimuntur per hoc dictum domin⁹ tecum. Nam hoc nomē dominus a potentia imponit et quādo absolute dicit soli deo appropriat. Alij em̄ sunt domini respectiue ꝛ etiā serui: deus autē absolute est dñs oim̄ qđ solius dei trinitatis ē ppriū qui est psona mittens in hac salutatione. ꝛ sic psona mittens ppie nomiat. Per idem etiā libeꝝ arbitriū ꝑginis bñdicte magis inclinat quia ad credendum et ꝓsentiendū in mirabilia maxime disponit fides. Et ꝑcipue fides de oīpotētia dei qua credit deū omnia posse facere: qz apud deū nō erit impossibile omne verbū Lu. i. Et sic acquiescit anim⁹ deum posse naturas mutare vel naturis imparе: vnđ cum hic annūciabat oium nouoꝝ nouissimū ꝛ miraculoꝝ maximū cōgruentissime ponitur hoc nomē dñs quod absolute positū est oīporentie demōstratiuū vt p hoc et de⁹ mittens exprimat et cuz hoc ad credendū animus ꝑginis magis habeat inclinari. Et p hoc soluunt plura adducta i ꝛrariū argumenta. Nam ꝑmū argumentū petit: quare non dixit pater tecum.

Scđm petit q̄re nō dixit trinitas tecū.

Tertiū argumentū petit q̄re nō dixit: de⁹ tecū vel nobiscū. Quartū argumētū petit: q̄re nō dixit spūssctūs tecū ꝛc Ad que rñdet q ideo qz illa noīa non sunt ita absolute oipotētie demonstratiua: sic dñs et p ꝓsequēs nō ita ad credendū ꝛ ꝓsentiēdū inclinatiua. Ad ꝓfirmationē etiaz ꝑmi argumēti đr q li dñs nō ita ppie cōminationē importat sicut oipotentiā: vnđ illa interꝑratio dñs quasi dans minas nō est ita ppria ꝛ essentialis. Ad quintum dicit q nō debuit dicere dñs in te: qz p tūc nondū erat in ea dñs p cozpalē pñtiā: sed erat tecū dñs p admirabilē potentiaz faciendi in ea et ex ea diuinā incarnationē.

Ad sextū dicit q nō debuit dicere tu cū dño: qz sic dicēdo darek intelligi q in ista xpi incarnatōe aliquō actiue ꝓcurrisset beata virgo: ꝛ sic nō sola virtute diuina facta fuisset actiue ipa xpi cōceptio. Nā per hoc q đr tu cū dño designat te opari cum dño. Ad septimū dicendū q ibi nō debuit poni verbū est vel erit qz sicut de⁹ nil facit frustra ita nil dicit frustra ꝝm ꝑhm ij. ꝑhicoꝝ. Sed frustra appositū fuisset ē vel erit vel aliud sile verbū cū etiā sine tali appositōe sufficiēter exprimit ꝛ q̄dāmō meli⁹ ipi⁹ dicti sīa. amplius si apposuisset excessisset nūeꝝ congruū: scz nouēnarium qui nūerus obseruari debuit ꝓpter significationē repatiōis nouē angelicoꝝ chooꝝ: sicut s̄ patuit scz ꝑte quarta ar. iij. ca. ij. circa medium. Ad scđam q̄stionē: q̄re vicz aliqō determiatiuū ad li dñs non sit appositū: puta vt dixisset dñs oīpotēs vel dñs exercituū tecū vel aliud sile. Videtur em̄ q ꝙ si apposuisset magis ei⁹ animuz ad credendū de oīpotētia dei induxisset.

Ad qō breuiter rñdet ꝝm eundē Alb. vbi s. ca. cxi. q exquo li. ar. bte ꝑginis p se etiā facile erat ad credendū patū. Jōo nō indiguit exꝑssiua insinuatione oīporētie cū terroze: vt diceret dñs omnipotens vel dñs exercituū sed sufficiebat ipi leuis annunciatio ꝛ quasi obscura expressio oīpotentie qualis p hoc nomē dñs importat. Nihil em̄ credit sibi eē impossibile q̄ scit se dñm in sociū habere. sed cū apl's dicit Cōfidenter oīa possum in eo qui ꝓfortat me. s. mecū existendo. Unđ nil amplius debuit dici nisi dñs tecū vt etiaz ex hoc q nō plene oīpotentia dei exprimit nisi i obscuro: fides bte ꝑginis mai⁹ meritū acq̄rat credendo. qm̄ ꝝm Grego. Fides nō ita habet meritū vbi ratio capit expimentū.

Ad terciam questionē qua querebatur Quō videlicet dominū esse cū beata ꝑgine sit accipiendum siue intelligendū. Si em̄ dicas vt sit sensus dñs est tecū: ista associatio ꝙuenit deo cum omnib⁹ entibus quia vt dicit Greg⁹. Deus est cū omnib⁹ creatis. ergo in hoc nil appropiate dicitur de bta ꝑgine Ad qō dicendū ꝝm doctores. q licet deus sit cū omnib⁹ sctis ꝓpria te tñ dicit esse cū beata virgine ꝓpter singulare essendi modū cum ea. Proinde Ber. Longe excellenti⁹ domin⁹ tecū q̄ cū alijs sanctis cū quibus est spūaliter tentū ꝛ in corde. Sed est tecū et spūaliter in corde ꝛ cozpaliter in vētre.. Nota ꝙ q dñs ē cū

beata virgine quadruplici excellentia singularis existentie cū eadez z associatiōis

Primo quidē excellentia electionis qz ipsam elegit dñs sibi in matrē z genitricē vnde dñs cum ea tanq̄ cū matre dilectissima. Bern. sup missus est dicit Dñs tecuz o maria. dominus inquā pater tecū qui sum filiū facit esse tuū. Et dñs filius tecuz qui ex te carnē assumpsit miro modo. Et spiritussanctus tecū de quo concipies z q̄ tuum cū patre z filio sanctificauit uteruz. Hec ille. Secundo excellētia vnionis q̄a portionem sanguinis virginis de qua corpus christi est formatū spūssancti virtute: ipse deus sibi vniuit in vnitate psone: z ideo bene dicit ei dominus tecū. Tertio dñs est cū beata virgine excellētia miraculose operationis. quia talia z tanta in ea deus miracula condidit q̄ nulla creatura ꝓprehendere potest. namvt dic̄ Hieron̄y. Quod natura nō potuit ratio ignorauit vsus nesciuit hoc deus stupendo miraculo in Maria opere cōpleuit: vt videlicet deus fieret homo z mater esset virgo

Quarto excellentia acceptatōis z sublimationis q̄a deus fuit cum ea eo modo vt eam exaltaret z priuilegijs singularib⁹ dignificaret sup omnē creaturā: vt ipsa esset domina angelorū: regina celi z omniū creaturaz. O igitur felicissima virgo maria o gloriosa dña excelsa sup sidera. quāta tibi est gloria: quāta tua in hoc excellentia predicatur. quantū gaudiū annunciatur cū tibi dicitur dominus tecū z c̄.

De li Benedicta tu in mulieribus. Capitulum. V.

Tertio quoq̄ de hoc q̄ dicit Benedicta tu in mulierib⁹: tres questiones mouebunt. Prima questio Quid importat vt significat istud dictum Benedicta tu in mulierib⁹. Secunda questio: vtrū bene z cōuenienter dicatur hoc dictū in salutatiōe ista Benedicta tu in mulieribꝫ. Tertia questio: quare nō pot⁹ est dictū Benedicta tu pre mulierib⁹. Ad primā questionē respondet ꝑm Alb. sup missus est capit. o. xij. et Jacobum de voragie in suo marionali quar tuor cōprehendit z īportat. Primo quidem maledicti exemptionē. vnde ipsa est benedicta sup omēs mulieres q̄a sola ipa expers illius maledictōis quā omēs mulieres in Eua cōtraxerūt Gen̄. iij. Multiplicabo erumpnas tuas. Sicut supra patuit de ve mulieruz z c̄. Secūdo importat maledictionis euacuationē. Ipsa enī benedicta in mulieribꝫ: q̄a per eā euacuata est maledictio ab hominibus Vñ Augusti. Maledictio eue in bñdictionē mutatur marie. Impleta ē enī maria gratia: z eua euacuata est a culpa. Tertio importat singularis gratie collationē. vñ benedicta fuit inter mulieres: q̄a nulla alia accepit vnq̄ qō ipsi donatuz est q̄ scz virgo peperit z deuz genuit. Quarto oīm benedictionū cōprehensionē. Fuit quippe benedicta pre omnib⁹ mulieribꝫ: q̄a omia illa que alie mulieres habuerūt ipsa habuit excellentius q̄a cū cōiugatis habuit benedictionē prolis et insuper virginitatis. Cū viduis habuit castitatē cū incorruptibilitate. Denicq̄ cū virginib⁹ pseuerantiā ppetue virginitatis cū fecūditate. Ad secūdā questionē videtur q̄ nō bene dictū sit benedicta tu in mulieribꝫ, pbatur quia debuit dici benedicta tu in omnib⁹ creaturis q̄a excellit omēs. Jtē ipsa est benedicta sup omēs viros z mlieres. ergo debuit dixisse benedicta tu in hominib⁹. Jtem cum virgines omēs excellentiā habeāt dignitatis. Jsta benedictio omib⁹ virginibus cōuenire videt. Omēs enī virgines inquantū virgines: sunt benedicte in mulieribꝫ. z sic potius debuit dixisse bñdicta tu in virginib⁹. Responsio ꝑm Alb. vbi supra q̄ exquo maledictio orta est in hominib⁹ p mulierē scz euam. Jdeo cōgrue angelus dixit benedicta tu in mulieribꝫ. vt dē intelligi q̄ sicut p mulierē maledictio sumpsit originē. Jta p mulierē benedictio sumpsit originē et maledictio euacuationē. Ad primū ergo dicendū q̄ angelus recte dixisset scz benedicta tu in omnibus creaturis. Et similiter si dixisset benedicta tu i hominib⁹ sicut arguit scōm argumentū. Sed tamē sic dicendo nō ita expressisset istā significationē quā ꝑmisit⁹.

ſcz q maledictio per mulierē exorta debuit z p mulierē euacuari. ſicut dicendo benedicta tu in mulieribꝫ hoc expreſſe dedit intelligi. z ſic patet reſponſio ad ſecundū.

Ad ſecundū dicitur q mulier in plura ſe extendit q3 virgo: ḋa etiam ad cōiugatas z viduas. z ideo nō dixit in virginibꝫ ne daret intelligi q beata virgo ſolam benedictionē virginū obtinuerit z non cōiugatarum ac viduarū. Sed dixit in mulieribus vt ſignificet q omniū mulierū benedictionē tam virginum q3 viduarū ac cōiugatarum habuit. ſicut ſupra dictū eſt et ſic patet. Ad tertium queſituz. Quare videlicet non potius dixit: Benedicta tu pre mulieribus cuz in figura Judith. xiij. ſic dictū ſit de ea. Benedicta filia tu a domino pre omibus mulieribꝫ. Ad quod breuiter dici poteſt ſaluo meliori iudicio q licet hoc dictuz in mulieribus valeat et importet tantum in ſententia ſicut ſi diciſſet pre mulieribus tamē potius dixit in mulieribus. Primo ideo ne heretici haberent occaſionē credendi z dicendi de ea q ipſa eſſet nō vere mulier ſed aliquid ſupra hominē ſicut z de ſuo filio plurimi heretici dicūt q nō habuerit verā carnē humanā ſed celeſtis nature. Si ergo dixiſſz pre mulieribꝫ dixiſſent heretici q ipſa eſſz ſupra hominē z q dñs ieſus nō de pura et vere femina. carnē nō vere humanā aſſumpſerit. Secūdo vt ſignificeť huiꝰ dilectionis diuine ſingularitas: ḋa plus eſt aliquam diligi in omnibꝫ mulieribꝫ q3 ſup omēs mulieres. ḋa poſſibile ē aliquā diligi ſup omēs que tamē nō diligitur in omnibꝰ Diligere enī in omibꝫ aliquā ē in omni dilectiōe ipſaz intendere z ꝓpter ipſam omēs diligere z nullaz ſine ipſa. Tertio vt humilitatē btē virginis cōmendet qua ſe nō reputauit eſſe pre mulieribꝫ fore benedictā ſed tanq3 vnā inter mulieres apud ſe extimatā. vnde a matrici humilitatis beate virgini dicendo in mulieribꝰ magis cōmendabilē reddidit eius humilem reputationē qua ſe vt vnā mulierum reputauit: q3 dicendo pre mulieribꝫ quod aliquid excellentius notat ſupra mulieres vnde credo q angelus idcirco dixit ī mulieribus z nō pre mulieribus': ḋa ſciuit q beate virgini ex amore ſummē humilitatis quā ſemper toto corde dilexit: et ꝓpter hoc nunquā aliquid magis deſeruit dici: magis ſibi complaceret audire vt dicerētur in mulieribus q3 pre mulieribꝰ: quoniam vere humilis vt dicit Bern̄. in hoc ſumme gaudet cum de eo humilia dicunť z dolet cuz audit de ſe dici ſublimia. vtpote qui nullo modo vult reputari apud q̄ſcunq3 vel reſpectu quorūcunq3: ſed ſemp vilis videri. z ſic ꝓz reſponſio ad dictam queſtionem.

Articulus tertius de additione facta ab eccleſia circa ſalutationē angelicā vt patebit La. I

Circa tertiū principale de huiꝰ ſalutationis additamēto z termino tria precipua ſunt inquirenda.

Primum eſt de appoſitione nominis Marie. Secundū de appoſitiōe verbi Elizabeth. Tertiū de ſubiūctiōe nominis domini Jeſu chriſti ꝛc̄. Primo ergo de appoſitione nominis Marie cū dicitur Aue maria. Queritur quare eccl'ia apponit hoc nomen Maria in iſta ſalutatione. Et arguiť primo q hoc nō licuit fieri: ḋa nil licet ad euangeliuz apponi. iuxta illud Apoc. vltimo. Si quis apposuerit ad hec: apponat deus plagas ſcriptas ī libro iſto. Et ſi quis diminuerit: auferat deus partem eius de libro vite. Jtez angelus vel ſine cauſa obmiſit illud nomen vel ꝓpter cauſaz. Si ſine cauſa ergo male fecit dimittendo. Si aūt ꝓpter cauſaz obmiſit ergo eccleſia male facit apponendo qō angelꝰ ex certa cauſa iudicauit dimittendū. Ad hoc reſponderť ſm Alb. ſup miſſus ē capitlo. lxvij. z alios doctores de hoc tractantes. q angelus nō errauit hoc nomen dimitendo nec eccleſia errat apponendo: ḋa exquo tam angelus q3 eccleſia a ſpiritu ſancto viuificanť z in ſuis actibꝰ dirigunť q ſpūſſctūs eſt infallibilis ſequiť q errare nō poſſint. Sed q̄ de cauſa angelus nō apposuit dicit q ꝓpter virginis ma

rie excellentiã. Nam excellẽtes psonas cũ saluram⁹ nomẽ ꝓprium tacem⁹ ⁊ eorũ excellẽtiã nominam⁹ dicẽtes Aue rex. Salue pater. Excellẽtia aũt virginis erat gr̃e plenitudo et ideo dixit. Aue gr̃a plena ꝓ vt dicit Alb. ideo nõ apposuit ꝺa dignissime salutandã beatã virginẽ noue dignitatis nomĩe salutauit. ⁊ nouũ nomẽ ei attribuit scz gr̃a plena vt p nomĩs imutationẽ ſignificaret̃ ꝓmutatio status ꝓginis eremĩnẽtia dignitatis. Naz in collatiõe magnarũ dignitatũ solet fieri mutatio nois vc ptz in papa. Hinc est ꝙ angelus brẽ virgini ꝓ ꝓprio nomĩe scz Maria nomẽ nouũ posuit ob spẽalem honoris exhibitionẽ ⁊ dignitatis significationẽ. scz gr̃a plena. iuxta illõ Esa. lxij. Vocabit tibi nomẽ nouũ qõ os dñi nolauit. sic̃ de hoc latius dictũ est supra hoc eodẽ li. ꝓte. iij. arti. iij. ca. vi. Eccl'ia vero nomen marie apposuit ad gr̃a plena certis ex causis. Primo quidem rõne inclinatõis ⁊ recordatõis. vt videlicet ꝓ gr̃a plena recolat virginis brẽ dignitatẽ ⁊ ꝓ nomẽ maria inclinet eã ad nostram necessitatẽ subleuandã. Maria enĩ stella maris interꝓtatur q̃ videlicet stella in firmamento fixa naufragos dirigit ad portũ optatũ. Ita cũ dicit̃ nomẽ maria designat̃ ꝙ brã virgo hui⁹ stelle ꝓprietatẽ erga nos habet ⁊ hr̃e debet scz ꝙ in firmamẽto gl'ie celestis manẽs nos naufragos de statu miserie ꝓ plenitudinẽ sue gr̃e traducere habet ad portũ salutis eterne. ⁊ idcirco cũ dic̃ ecc'lia in salutatiõe maria magis inclinat eã ad subueniendũ. ac si dicer̃et. O felicissima ꝓgo recordare ꝺa tu es maria. i. maris stella ꝓ quã debem⁹ ꝓduci ad portũ salutis ⁊ ideo subueni nobis ⁊c.

Secũdo rõne excitande deuotõis ꝺa ꝙ hoc nomẽ excitat̃ deuotio orantiũ ⁊ eã salutantiũ. idcirco ꝓ Salomonẽ hoc nomẽ oleo cõparatur. Cant. i. Oleũ effusus nomen tuũ. i. fama nomis tui antea occulta nũc effusa est ꝓ totũ orbẽ. Ideo. i. ꝓpter dulcedinẽ nois tui adolescẽtule. i. anie feruẽtes ꝓ deuotionẽ ⁊ charitatẽ: dilexerũt te nimis. Nimiz oleũ ẽ calide nature ⁊ ignis inflãmatiuũ Sic nomẽ marie inflãmatiuũ ẽ ad dilectõez ⁊ deuotionẽ. vñ ⁊ Bernardus abbas dic̃. O magna o pia o multũ amabilis maria tu nec nolari potes ꝙn accendas. nec cogitari ꝙn recrees affectus diligentiũ te. Hec ille. Tertio apposuit ecclesia rõne ꝓfectus ⁊ fructificatõis ꝙ h̃ nomẽ maria ẽ maxĩe ꝓfectꝫ ⁊ maxios fructꝰ facẽt hoi sepi⁹ iuocatũ ⁊ nolatũ. sic̃ de h̃ deo duce agem̃. li. vi. ꝓ. i. arti. iij. vbi ꝺ vtilitate et fructib⁹ hui⁹ nois tractaturi sum⁹.

Ad primũ g̃ in cõtrariũ ꝺr ſm Alb. ꝙ apponere ad euãgeliũ est falsa veris cõmiscere. vel ꝙtraria his q̃ sũt in euãgelio ꝓdicare. Vñ apl's ad galath. i. dic̃. Si angelus venerit de celo ⁊ aliud euãgelizauerit ꝙ ꝙd accepistis a me anathema sit ⁊ sic intelligunt omẽs cõsil'es auctoritates. Hic aũt nõ ẽ tal' appositio g̃ nõ stat argumẽtũ

Ad scõm aũt clarius rñsio ex dictis ⁊c.

Ecũdo de appositiõe ꝓbi Ca. II.

s elizabeth scz Et benedictus fructꝰ ventris tui. tria ꝓncipal'r sũt videnda. Primũ gr̃e ecc'lia h̃ apponit ꝙd angelus nõ apposuit. Scõm gr̃e nõ ꝓꝓ dictũ est bñdictus filiꝰ tuus vel corpis tui sed fructꝰ vẽtris tui. Tertiũ q̃liter dñs iesus ꝺr vel ꝓgrue dici possit fructꝰ vẽtris brissime ꝓginis marie ⁊c. Ad primũ ꝺr breuiter ſm Alb. ca. ccxliij. ꝙ angelus nõ addidit bñdictꝰ fructꝰ ⁊c. ꝺa nõdũ fructꝰ fuit eiꝰ vẽtris. Sed ipm q̃si ꝓmissuz in h̃ ꝙ dic̃ Bñdicta tu in mlieribꝫ fructũ ꝓprie hẽdit. idcirco Bern. sup missus ẽ dic̃. Benedicta tu in mlieribꝫ ⁊ bñdictꝰ fructꝰ ventris tui. Nõ ꝺa tu bñdicta. ideo bñdictus fructꝰ ventris tui: sz ꝙ ille te ꝓuenit in dulcedinis bñdictõibꝫ ideo tu bñdicta in mulieribꝫ. Vere eterni bñdictꝰ fructꝰ ventris tui. in q̃ bñdicte sũt oẽs gẽtes de cuiꝰ plenitudie tu q̃z cũ ceteris quãcũꝫ differentiꝰ ꝓ ceterꝫ accepisti. Hec ille. Vñ ꝓz ꝙ angelus nõ debuit h̃ apponere sz ecc'lia apponit idcirco ꝙ sibi exhibitꝰ est iaz iste fructꝰ q̃ brẽ ꝓginí fuit ꝓmẽdatꝰ. Ad scõm ꝺr sic cũduz eũdez Alb. ꝙ nõ debuit dici bñdictus filius ventris tui. ꝺa filiꝰ cõmune est ad spũalez ⁊ carnalẽ generatiõem ⁊ oino maxĩe cũ hac determinatõe vẽtris q̃ est locꝰ generationis carnalis. Fructus aũt ventris ꝓprie alij⁹ boies dici non pñt nisi xp̃us

deus ꝙa ipsuz solū cōcepit in vtero virgo mater. In vtero inquā.i.ex causa intrinseca nō sicut alie mulieres que recipiunt ab extrinseco.i.a viro vnde concipiūt:z ideo ꝓgruentissime dicit fructus ventris vt exprimatur ꝙ nō carnaliter christus est conceptus sicut alij homīes filij matris z patris sed tanq̄ fructꝰ ꝙ nascit ex herba vel arbore nascitur sine violatione vel corruptione arboris aut rami. ita christus de ꝑ gine. Nec debuit dici fructus corporis tui sed ventris.vt veritas generationis magis exprimeretur:z sic falsitas hereticа sopiretur. ꝙa per hoc quod dicit ventris: expressius significatur ꝙ christus vere carnem assumpsit in vtero virginali q̄ꝑ hoc ꝙ diceretur corporis zc. Ad tertiū qualiter vel quali congruētia christus dici debeat fructus benedicte virginis: dicit ꝑm magistrū Jacobū de voragine in suo marionali ꝙ xp̄us optime z congruēter dicit fructus benendicte virginis marie z eius virginalis uteri. Primo ratiōe generationis. quia sicut fructus sine corruptiōe cōceptus est z natus. vt in proximo dictū est. ꝓterea Esai.xi. Egredietur virga de radice yesse z flos de radice eius ascendet

Secundo ratiōe designatōnis: quia fructus tanq̄ signum certuz ostendit z agnosci facit arborez de qua est.qualis sit:vtrū bona vel mala.Math.vij. A fructibꝫ eoꝝ cognoscetis eos. Sic christus optimus z benedictus fructus summe cōmendabilē reddit beatā virginem de qua est. ꝙa omnis arbor bona fructus bonos facit. Sic benedicta virgo benedictū edidit fructuz vnde in salutatōne coniūctim dicitur. Benedicta tu in mulieribꝫ et benedictus zc.

Tertio ratiōe occultationis. Nam fructus occultatur inter folia z recollectus ī copbinū ponitur inter folia.z sic oblatus delectabiliter sumitur: Ita in benedicto fructu uteri virginalis diuinitas occultata est ī humana carne. iuxta illud scriptū Solem nube tegam. Ezechie.xxxij.id est diuinitatis fulgorez tegam humane carnis nube. Et iste fructꝰ sic nobis occultatus z oblatus multū delectabilis factus est z dulcis tam ī sui natiuitate q̄ꝑ ī passione z morte q̄ꝑ etiā in sacramēto eucaristie in qua sub foliꝫ accidentiū offertur. Jñ i. Petri.i. Si tamē gustastis quoniā suauis est dñs. ꝓterea z ps. hortatur dicēs. Gustate et videte quoniā suauis est dñs: beatus vir qui sperat in eo. Et iterum expertus ipse admirando ait: Quoniā magna mītitudo dulcedinis tue dñe quā abscondisti scz velando in christi carne z in sacramēto eucaristie timētibꝫ te. Quarto dicit ꝓgruētissime fructus ratione eterne fruitionis. Nam fructus dicit a fruor frueris vt dicit Januensis in catholicon. Frui autem est amore inherere alicui rei ꝓpter seipsaz tantū. vt dic̄ magr̄ ꝑmo li. sētentiarū circa principiū. Recte ergo xp̄us dicitur fructus uteri virginalis.quia ipse est nostra fruitio in patria. Et ꝑ beatā virginē factū est vt iste fructus.i. christus deus esset nobis dupliciter fruibilis z delectabilis ꝑm duplicē visionē:scz diuinitatis z humanitatis sue.iuxta illud Jobis x. Ingredietur z egredient̄ z pascua inuenient. Ingredient̄ inquā sancti ad cōtemplationē diuinitatis z egredientur ad cōtemplationē humanitatis christi et vtrobiq̄ delectabilia pascua īueniēt. O quecunq̄ fidelis anima aduerte z diligenter cōtemplare quoniā iste fructus uteri virginalis christus est summa fruitione dulcissimus. Primo quidez gustui. Cant.ij. Fructus eius dulcis gutturi. Secūdo est dulcis auditui. Unde ps. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua domine super mel oꝛi meo. Tertio ē dulcis visui.i. Pet.i. Jn quez desiderant angeli prospicere. et Esaie.lx. Tunc videbis z afflues z mirabitur z dilatabit̄ coꝛ tuū. Quarto est dulcis olfatui ad cuiꝰ dulcedinē quelibet anima sancta clamat illō Cant.i. Trahe me post te curremꝰ in odorē vnguēto ꝙ tuoꝝ Quinto ē dulcis in amplexu. Cant.ij. Leua eius sub capite meo et dextera illius amplexabit̄ me. Sexto est dulcis in osculo ꝓterea anīa fidelis oꝛat illud Cant.i. Osculet̄ me osculo oꝛis sui. Septimo est dulcis ī ferēdo. Math.xi. Jugū meū suaue ē z onus meū leue. Octauo ē dulcis in ꝓmisso. Apoca.ij. Vincenti dabo manna

abscondit̄ quod nemo nouit nisi qui accipit. ¶ Nono est dulcis in cogitatiõe: qa vt dicit Bern̄. Sup oia memoria iesu pascit cogitatū. Decimo est dulcis i amoris affectione: adeo vt sancto teste Bern̄. in suo cantico. Solus expertus nouit credere q̄ sit dulce iesuz diligere. Undecimo est dulcis in premioꝝ retributiõe. qm̄ Ps̄. dicente. Torrente voluptatis sue potabit eos. Duodecimo est dulcissimus in eterna tentiõe z possessione. quoniã regnabũt cũ eo sancti in secula seculorũ. O igitur anima deuota sanguine xp̄i iesu redempta. O ania inquã fidelis a virgine gl'iosissima maria dilecta z in filiuz adoptata: Accede secure si vis dulcedie fructus eius pfrui. Accede deuoto corde ad eam z pete ab ea hunc saluificũ hunc mellifluũ fructũ iesum tibi cõmunicari. vt det tibi ei⁹ gustus auditus odoratus z visus dulcedinem experiri. det tibi ad dulciter amplexandũ tenendũ z in corde fouendũ atq; i celo eternaliter possidendũ ꝛc̄. Et laret iraq; ex premissis q̄ cõgruenter xp̄us dicit fructus vteri virginalis. et q ad numerũ duodecim stellarũ in corona beate ꝑginis duodecim dulcoribꝫ in sui vteri sacri fructu habitis extat ipsaz fore gloriosam. Capitulũ. III.

Tertio in hoc articulo videndũ est de subiunctiõe nomis Jesu. Quare videlicet ecc'lia apposuit. Ad qõ breuiter respondet ꝑm Alb̄. q hoc fec̄. Primo ꝓpter deuotionis excitationẽ. qm̄ vt dicit Bern̄. in cantico. Hoc nomẽ iesus est mel in ore: iubilus in corde: melos in aure

Secũdo ꝓpter saluris efficatiozẽ impetrationẽ. quoniã scriptũ ẽ Joel'. iij. O mnis qui inuocauerit nomẽ domini saluus erit. Tertio ꝓpter beate virginis cõplacentiã z affectionẽ. quoniã ad hoc nomen iesus maxime beata virgo sup omẽs afficitur deuotõe amoris z sibi summe cõplacet hoc nomẽ sepius inuocare: in quo quidem nomĩe omẽs sancti gaudẽt se esse saluatos. Naz teste petro Act̄. iiij. Nõ est aliud nomen sub celo datũ hominibus in quo oporteat saluos fieri credẽres. De virtute z vtilitate huius nomis Jesu z aliꝫ circa hoc ꝯcurrentibꝫ ꝓpter breuitatẽ in hoc tractatulo ptranseo: quoniã alterius erit operis de hoc tractare. Cõsidera ergo nũc o fidelis anima q̄ sublimis quãq; deo et beate virgini accepta q̄ grata q̄ iocunda sit ista celeberrima salutatio. Aduerte q̄ tibi vtilis z fructuosa sit si eaz deuoto corde ob amorẽ benedicte virginis frequẽtaueris. In ea quidẽ laudaꝝ z benedicim̄ beata virgo maria dei mater. Et nõ solũ ipsa sed z eius filius dñs noster iesus christus In ea habes hec gl'iosissima et dulciflua nomĩa videlicz Jesus z Maria. in quoꝝ inuocatione habes omnẽ spem omnẽ thezaurũ tuũ z omne bonũ tuum. Siquidẽ ipse iesus est tibi amor tuus. ipse thezaurus tuus. ipse diuitie cordis tui. ipse cõsolatio spes z gaudiũ tuũ. ipse salus tua. ipe lumen oculorũ tuoꝝ. ipse vita tua z dulcedo tua. Denicq; ipsa benedicta virgo maria est domina tua. ipsa regina misericordie vita dulcedo z spes tua vt canit ecc'lia Per eã habemus quicquid habemus. p eam sum⁹ si quid boni sum⁹. vt dic̄ Anselmus. O igitur felicissimũ nomẽ iesus O benedictũ nomẽ matris eius Maria. O glorioſa nomĩa. humana corda medullitas penetrantia. Beatũ cor quod ista felicia nomĩa in se intime tenet recondita. Felix os quod sepius ipsa nomĩa z inuocat. quoniã vita sibi presto est eterna Amẽ.

Pars sexta sequitur de sanctissima beate virginis Marie conceptione: qua dei filiuz in vtero virgineo suscepit

Ece ancilla domini

Fiat mihi ꝑm verbum tuum Luce. i. Verba sunt benedicte virginis marie humilime consentientis z se offerentis ad christi incarnationez ex ea fiendã. Unigenitus, siquidem dei filius carnem ꝓ nostra salute assumere volens per hec verba premissa in vterũ benedicte virginis aduenire dignatus est. Et ideo ipsa verba summã nobis afferunt deuotionis pariter z instructõis

necnō miraculi ꝛ stupoꝛis materiā. Pri mo quidem verba iſta ſunt magne deuo/ tionis: quia per iſta verba quinq; obtinu/ it beato virgo ꝓ toto genere humano: re/ demptionē: filij dei incarnationē: ꝛ diuini verbi humanationē: ac per hoc omnis bo ni in nobis ꝓmotionē. quoniā ad hec ver ba verbuꝫ caro factū eſt: ꝛ habitabit in no bis Johis. i. Secūdo q̄z verba iſta ſūt magne inſtructionis ꝛ documenti q̄a qua druplicez nobis redolent virtutē per quā ſicut beata virgo filium dei chriſtum car/ ne ꝛ mente cōcepit ꝛ in ſe habitari ꝓme ruit: ita et nos ſpiritualiter in corde per has ꝑtes dei filiū poſſidere merebimur Unde petrus aureoli in ſuo compendio libro quarto dicit: Quattuoꝛ inquit virtu tes notantur ꝛ redolent ī verbis virginis conſentientis: ait enī Ecce quod eſt ꝓm pte obedientie. Ancilla domini. quod eſt humilitatis perfecte. Fiat mihi. quod eſt charitatis inflammate: ſcōm verbuꝫ tuuꝫ quod eſt fidei deuote. Hec ille. Si vis ergo o homo vt dei filius in tuo corde con/ cipiatur ꝛ te inhabitare dignetur. diſce o/ bedientiam preceptoꝝ. diſce exemplo ma rie humilitatē. diſce ꝛ charitatem atq; de/ uotam fidez veram habere. Unde Bern. dicit Non tibi dabit dominus virtutū co piam ſui niſi fueris virtutibus (ſcz iſtis) adoꝛnatus. Tertio verba iſta ſunt ma gni miraculi ꝛ ſtupoꝛis: cum ad ipſa moꝛ tantum fuerit ꝛ tam multiplex miraculū ſubſecutum videlicet q̄ deus fieret homo virgo fieret mater. Et dei ſimul ꝛ homis mater. ꝛ plura talia. Mirum mirabili/ ter deus quinarium numeruꝫ verboꝝ conſecratum reddidit. q̄a per quinq; ver ba īcarnari voluit. ſcz fiat mihi ſm verbū tuum. Per quinq; q̄z verba ſuum coꝛpus conſecrari in eucariſtia decreuit. ſcz hoc ē enim coꝛpus meū. Licet li enim nō ſit de ſubſtantia. Denicq; ꝛ ad quinq; verba pu blicanū iuſtificauit. cum videlicet ille di/ xit: Deus propicius eſto mihi peccatoꝛi. Luc. xviij. ꝛc. Inſuper quinario numero vulnerum retento ſuuꝫ ſacrum coꝛpus in ſigniri poſt reſurrectionē ī ꝓpectū ſtatuit ꝛc. Itaq; ad propoſituꝫ redeuntes: Ex quo beatiſſima virgo per hec verba filiū dei in ſuum vteruꝫ ſuſcepit ꝛ concepit. de ipſa eius ſaratiſſima cōceptione loqui in/ tendentes: tria miſteria ꝓo hoc ſermone declaranda ponemus ꝛc.

Primū dicit miſteriū localis aptitudis
Secūdū miſteriū ōr tpalis plenitudis
Tertiū miſteriū modalis habitudinis

Articulus primus de hoc q̄ chriſtus dominus non alibi q̄ in ciuitate galilee Nazareth con= cipi debuit ex virgine q̄ humanari. Capitulum .I.

Primū itaq; miſterium dicitur localis aptitudinis. hoc eſt de loco qui aptiſſime congruebat huic ſacratiſſime conceptioni chriſti ꝛc. Circa quod tria querunt. Primo vtrū hec ſacroſancta cōceptio debuerit fieri in Ciuitate. Secundo vtrū debuerit fie/ ri in regione Galilee. Tertio vtrum de buerit fieri nō alibi q̄ in Nazareth ciuita te. Ad primam queſtionem Utrum vi delicet hec conceptio debuerit fieri nō ex/ tra ſed in ciuitate ꝛc. Et arguit q̄ non debuit fieri in ciuitate. quia iſtam conce/ ptionem magis congruebat fieri in loco puriori et ſacro propter eius ſanctitatem. Sed ciuitas quecunq; magis habundat ꝛ immunda eſt peccato q̄ ager vel mare aut villa. vt experimento patet. ergo ma/ gis debuit concipi in agro vl̄ mari aut vil la ꝛ extra ciuitatem. Item chriſtus paſ ſus eſt extra ciuitatem vbi et ſepultus eſt et reſurrexit. Deniq; ꝛ natus eſt in ſtabu lo. ergo videtur q̄ etiam concipi non de/ buit in ciuitate. In contrarium eſt ſa/ cra ſcriptura Luc. i. Miſſus eſt inquit angelus gabriel a deo in ciuitatē ꝛc. Ad hanc queſtionem reſpondetur ſm Alb. ſu per miſſus ē cap'o. xxxij. Quod chriſtus debuit concipi in ciuitate ꝛ non extra pre cipue triplici ratione.

Primo ratione finis incarnationis.

Secundo ratione significationis.
Tertio ratione fructificationis.

Primo inquā ratione finis incarnatōnis. Nam christus in omnibus operibus suis que in mūdo fecit ostendit principalius q ideo in mundū precipue venerit vt peccatores saluos faceret. Ipso teste matthei.ix. Non veni vocare iustos sed peccatores ad penitentiam. Unde inter peccatores natus est scz in ciuitate Bethleem: ante bouem et asinum iacuit. Inter peccatores conuersatus est: inter latrones crucifixus. Resurgens q̄z peccatrici magdalene z petro neganti pr̄ apparuit. Et ideo non debuit concipi in mari: qui locus est piscium. Nec in aere qui est locus auium nec in campo qui est locus agrestium animalium. Sed in ciuitate qui est pr̄ius locus hominum peccatorū. nec in villa sed in ciuitate. quia in ciuitate solēt magis q̄ in villa peccata hominū multiplicari. villani eni simpliciores sunt z laboribus magis dediti. Ciuitatēses autē ociosi z deliciis vacantes magis habundare solent vitiis. vt ergo ostendatur q christus pr̄ter curationē peccatorū z salutem hominum venerit peccatorū ad penitentiam conuerrendorū in ciuitate z nō alīs debuit concipi. Nec obstat q extra ciuitatem sit passus sepultus z resurrexit. quia conceptio congruit in misteriū: z ideo in secreto esse debuit. Natiuitas aūt passio z sepultura ac resurrectio congruunt in exemplū. In ciuitate igitur concipi debuit: vt ostenderet q pro omnib peccatoribvenit. In via natus fuit vt ostenderet q sua vita nobis ad celeste regnum via fuit. Extra portam passus z sepultus est ac resurrexit: ad ostendum q per ipsius passionē mortem z resurrectionem non liberatur nisi qui per conuersionez a peccato ad ipsū extra portam fuerit egressus vt dicit aplūs. Secundo ratione significationis vt scz significaretur z intelligi daretur q vterus virginis christo tam q̄ ciuitas fuit ad habitandum. propterea ps̄. de ea loquens ait: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Et merito quia ipsa fuit ciuitas murata per castitatem. Fundata fundamento stabili per humilitatem Turrita q charitatem et cōtemplationis sublimitatē. Ditata q paupertatē: Custodita per discretionem Libera immunitate peccatorum: pacificata victoria temptationum virtutū vniuersitate populosa z aquarum id est gratiarum fluminibus irrigata. Hec Alber.

Tertio additur ad id ratio fructificationis. quia eni per christi conceptionem z incarnationem fructus nobis in celo acquirebatur ciuilitatis. id est vt essemus iam non hospites z aduene. sed ciues sanctorum z domestici dei. teste aplō. Eph.ij ergo debuit in ciuitate nasci in hoc mundo: vt ostenderet nos esse ciues renascituros in celesti ciuitate. Et sic pz responsio ad questionem. Ad obiecta patz responsio sufficienter ex predictis

Capitulum. II.

D secundam questionem. Utruz scz christus debuerit concipi in regione Galilee. Arguitur q non quia christus missus z promissus fuit iudeis. Unde dixit Non suz missus nisi ad oues que perierunt domus israel. Math xv. Unde z in iudea est natus et passus: igitur in terra iudeorum concipi debuit.

In contrariū est textus euangelicus.

Ad questionē igitur respondetur fm Albertum capitulo. xxxiij. q annunciationem et conceptionem dominicam conueniebat fieri nō alibi q̄ in regione Galilee. Primo ratione facti z operationis. Dominus eni incarnatus fuit vt iudeos z gentiles saluaret z ideo in regione que ab vtrisq̄ inhabitabatur conceptio z annunciatio fieri debuit. Non enī deus iudeorum tantum sed etiam gentium. Galilea autē non solum a iudeis sed etiam a gentibus inhabitabatur. sicut pz Esaie ix. Trans iordanem galilee gentiū populus qui habitabat in tenebris vidit lucez magnaz: habitantibus in regione vmbre mortis lux orta est eis z̄. Secundo ratione nomis et interpretationis. Galilea enim interpretatur reuelatio siue transmigratio. In hac autem incarnatione fiebat summi secreti reuelatio quando verbum

quod erat in principio apud deū et lucem habitat inaccessibilez quā nemo vnq̄ vidit. Verbuz inquā hoc caro factū est. Et vidit omis caro salutare dei nostri. Luce iij. Ite iohis.i. Verbū caro factū est z vidimus gloriaz eius zc. Similiter in hac incarnatōe fiebat maxima transmigratio de ignorātia in scientiā: de culpa ī gratiā: de vmbra in veritatē de seruitute in libertatem filioz dei: z quod maximū est de humanitate in diuinitatē: in qua trāsmigratione primū. i. deitas ad vltimū. i. humanitatē in vnā psonā transmigrauit. Ad obiectū respondet q̄ xp̄us nō solū iudeis sed etiā gentib⁹ pmissus est. Vñ geñ. xlix. Nō auferetur sceptrū de iuda donec veniat q̄ mittēdus est z ipe erit expectatio gētiū Et idē ptz p oēs pphetas scribētes de vocatiōe gentiū. tñ solis iudeis pmissum est vt de eoz semie xp̄s nasceret. z ideo solis iudeis exhibit⁹ est nascēdo patiēdo et ibi moriendo Sz hoc nō solū ꝓpter iudeos sed z ꝓpter oēs homines mūdi. Illa aūt auctoritas nō sum missus zc Math. xv. intelligit fm Nico. de lyra primo z principaliter q̄ xp̄s primo z principaliter missus fuit iudeis z ideo in ꝓpria psona nō predicauit nisi iudeis nec fecit miracla nisi eis preterq̄ in casu z spāli causa: vt scz ostenderet ecclīaz in fide gentiū fundatā. Vñ Joh. iiij. ꝓpter hoc p̄dicauit samaritanis deuote eū recipiētib⁹. Fuit tñ xp̄s missus etiā gentibus licet nō ita principaliter zc et sic patet q̄ xp̄s debuit concipi in Galilea.

Capitulum. III.

A Dtertiam questionem vtrū vicz hec annūciatio z cōceptio debuit fieri nō alibi q̄ in Nazareth Arguitur in contrariū scz q̄ nō. q̄ ista cōceptio fuit dignissimū. g̃ requirebat locū dignissimū. hoc est templū dñi in hirlm fundatum. g̃ debuit ibi concipi. s. in ciuitate hierusalem z tēplo vbi habitare solebat gla dñi. In oppositū est textus euangelic⁹. Ad questiōem g̃ respondet fm catholicos doctores. q̄ xp̄s nō debuit alibi concipi q̄ in Nazareth. Primo ꝓpter ꝓphetiam Isa. xi. Egrediet virga de radice iesse: vbi fm veritatē hebraicā habet Et nazareus de radice eius ascendet. Secdo ꝓpter nomis cōuenientiā. Naz fm Berñ. z Alb. sup missus est. Necnō fm Francischum maronis qui hanc materiā latius et luculentius prosequitur dicens q̄ ciuitas Nazareth cōceptui christi decentissime cōgruit fm ei⁹ interp̄tatiōes. Nā primo fm Hieronymū Nazareth interpretat munda z sic cōuenit cōceptui xp̄i de virgine mūdissima que tanta puritate nituit qua maioz sub deo nequit intelligi: nec sicut ceteri cū labe peccati est cōceptus. sed sine omni peccato.. Secūdo interpretat nazareth id est florida. z hoc conuenit xp̄i cōceptui. quia sicut flos gignitur ex purissimis et subtilissimis virgule humoribus absq̄ corruptione virgule. Sic xp̄s de purissimis virginis sanguinibus est ꝯceptus absq̄ omni corruptione. vt dicūt Dama. z Dyoni. de diui. no. Tertio interpretatur nazareth id est sanctus z deuotus. z hoc cōpetit. quia in ista cōceptione mater dñi fuit plene sanctificata. iuxta illud ps̄. Sanctificauit tabernaculū suum altissimus. z sic claret responsio. Ad argumentū in contrariū respondet fm Alb. vbi supra Od hec conceptio debuit fieri in loco sanctissimo z dignissimo. Sed non locus sanctificat hominē vl dignificat quin potius econuerso videlicz homo locū dignificat z sanctificat. vnde dignitas loci z sanctitas est ab hoie dignificāte vel sanctificāte. Itaq̄ in oratorio beate virginis fuit dignissima habitatio: tū qa sanctissima virgo sup omnes creaturas ibi habitauit: tum qa ibi exercebatur nobilissima opatio videlicz orationis z contemplationis z humilis deuotionis benedicte virginis que sup omnia grata erat deo z omia sacrificia p̄cellebat. Digni⁹ ergo fuit hoc oratoriū illo templo iudaico in quo fiebat materialiū thauroz mactatio z thurificatio. Amplius ꝓpter secretū quod huic cōgruit misterio non decebat vt hec cōceptio fieret in templo sed magis in illo secreto z dignissimo beate virginis oratorio debuit xp̄us concipi z sic patz. Penset ergo quecq̄ fidelis ania quāto ordine diuine sapientie dei filius est ꝯceptus. quoniā dignissimū

sibi locū elegerit cōceptionis videlicz ora torij beate virginis. O ania mea si aliqñ affuisses i illo oratorio sacratissimo ibi vidisses quō btā virgo Maria lachrymis pfusis deū sepius exorabat p redemptiōe humani generis. ibi vidisses manus eius sacras in celū eleuatas. vultū serenū leuatum: ibi ieiunio diem ptranseuntē totisqz cordis intimis humiliatā. O quid tūc fecissem. quāta humilitate me ipsi recōmendassem vt p me exorasset. Vtiqz dixissem O glorioſissima virgo o celi regina o domina mūdi ora pro me ne absorbeat mundus: ne deuorer diabolus: sed tuus me suscipiat iesus xc.

Articulus secūdus de temporis plenitudine et pfectiōe: quo scz tempore christus est conceptus a virgine. La.I.

Secundum misterium dicit tempalis plenitudinis xc. Circa qō ē notandū q christus p suo aduentu et conceptione obseruauit triplex tempus.

Primū dicitur tempus plenū.

Secundū dicit tempus electū.

Tertiū dicit tempus eratis pfectum.

Primo inquā obseruauit tempus plenum. Vñ aplus galath. iiij. dicit. At vbi venit plenitudo temporis misit deus filium suū factuz ex muliere. factum sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret. Ista auctoritas apostoli nō est ptereunda silentio qa ptinet aliqs difficultates. Unde bonauētura circa hoc mouet tria dubia sup iij. sniaz dist. i. in questionibz circa lram.

Primū dubiū circa hoc q dicit. At vbi venit plenitudo temporis. Quō videlicz vt quare dicat plenitudo tpis in aduētu filij dei fuisse cuz nondū sit finis mūdi. Nam in fine mundi implebit omne opus dei et numerus electorū. Et tunc euacuabit qō ex pte est. nūc autē ex parte cognoscimus. i. Corinth. xiij. Et idcirco dicit z videtur q tantūmodo p fine mundi erit tempus plenitudinis. Ad qō respondet idem Bonauentura p cor. Tho. iij. scpto sniaz. dist. i. z Alexan. de hal' q tpus incarnationis dicit tempus plenitudinis sex cauſis.

Primo quia tunc deus impleuit qō ab eterno pfinierat vt scz mitteret filiuz suū. z sic tunc deus impleuit suā de filio p missionem. Secūdo qa tūc adimpleta est lex z omēs figure veteris testamēti p xpm Matth. v. Nō veni soluere legem sed adimplere. Tertio ppter plenitudinē grē que fuit in christo. iuxta illud Colo. ij. In christo habitat omis plenitudo diuinitatis corpaliter. Quarto ppter plenitudinem generatōis. qa cū sit quadruplex modus generatōis homis. Primus modus nec de viro nec de muliere sed de terra sic Adam. Scōus de solo viro sicut Eue formatio. Tertius prolis de viro et muliere Quartus de sola muliere. Ista quarta est cōsumpta in christi incarnatiōe. Quinto ppter pfectionē vniuersi. qa tūc ad maximā cōpletionē vniuersum venit quādo creature omēs in homie ad suū principiū redierunt: hūana natura a deo assumpta.

Primo scripture auctoritate: quia sacra scriptura in multis locis dicit filium mitti a patre: nunquā autē legitur pater esse missus: sicut ergo mitti potest conuenire vni persone sine alia ita et incarnari cum incarnari non aliud sit q̄ in carnem mitti. Secūdo ostenditur ratione ſm Bonauēturā tali. quia incarnatio ē vnio in persona. ergo si alia est persona patris alia filij alia ſpūſſancti. videtur ꝙ si vnio sit in persona vna: nō sit necesse fieri ī alia et si vnio potest fieri similiter et incarnatio. plures rationes de hac causa breuitatis pertranseo. Tertio ostenditur ſi militudine et exemplo. Et de hoc ſm Augustinū vbi ſ ponitur talis similitudo: sicut si tres artifices fabricarent vnam loricam de qua vnus solus eozuz armaretur. Item si tres puelle faciant vnam camisiā et induant tantū vnam earū ipsa camisia Ecce lorice vl vestimēti opatio ⁊ īduitio est a tribus non tamē tres induuntur sed vna sola. sic incarnationem christi operate sunt tres persone et tamen vna sola dicitur incarnari. Item aliud exemplū addit videmus ꝙ in floze vel pomo simul sunt hec tria odor sapor color et tamē vnū sentiri potest sine alio. quia cum odoratur sentitur tantum odor: vel cum a remotis aspicitur sentitur color sine sapore ⁊ odore. Item cum in corpore sint tria: linea: superficies: et corpus tantum superficies colloratur. Item in igne cum sint tria. scilicz substantia ignis splendor ⁊ calor si opponatur speculum: solus resplendor relucet in speculo: et plura talia exempla de hoc pñt produci. De⁹ g̃ multomagis h̄ potuit vt vna psona īcarnarek sine alia. Ca. III.

Tertia veritas ꝙ ista christi cōceptio magis attribuitur spiritui sancto q̄ patri et filio per appriationem. Licet vt dictum est tota trinitas fecerit eam. Et ideo congruētius dicik ꝙ cōceptus sit christus de spiritusancto q̄ de deo patre Licet em̄ ꝛceptio christi sit op⁹ trium personarum: et ideo appriari potest tribus psonis ſm diuersas considerationes. Nam patri attribuik auctoritas hui⁹ incarnationis vel cōceptionis: quia ipse misit ⁊ dedit filiū qui auctoritate pr̄is carnem assumpsit. Filio quoq; attribuik ipsa carnis assumptio. Et ſpūiſancto corporis christi formatio. Tamē scriptura appriat ſpūiſancto hanc conceptionem magis q̄ alteri personarū. Et hoc ſm Tho. in tertio scripto sententia ꝙ di. iij. ar. i. q. i. Alioq; cōcorditer doctores. triplici ratione.

Primo ratiōe bonitatis et charitatis. Secūdo rōne liberalitatis. Tertio ratione sanctitatis. Primo inquā rōne bonitatis ⁊ charitatis. Nā vnaquecq; operatio diuina magis est appriabilis alicui persone scōm qđ in ea magis manifestak attributū quod illi persone appriak sed bonitas et charitas appropriatur ſpūiſctō. Spūſſanct⁹ em̄ est charitas et amor pr̄is et filij. vt ait Aug⁹ li. vi. de trini. ⁊ allegak a mgr̄o in ꝑmo ſnīa ꝙ di. x. vñ et Hiero⁹. sup. xliij. ps̄. ait. Spiritusſanct⁹ nec pr̄ nec filius: sed dilectio quā habet pr̄ in filium et filius in pr̄em. hec li. ſnīa ꝙ vbi supr̄. Ex maximo autez amore et bonitate dei ꝓuenit vt filius dei carnē sibi assumeret in vtero virginis. Joh. iij. Sic deus dilexit mundū vt filium suuz vnigenitum daret ⁊c. ergo magis ſpūiſancto appriak ista cōceptio Secundo ratione liberalitatis vt em̄ ostendatur ꝙ non ex aliquibus meritis sed ex sola liberalitate et gratia filius dei carnem assumpsit. ideo spiritui sancto qui est ipsa gratia conceptio christi attribuik. vt Augustin⁹ dicit in Enchiridion.

Hoc est quod ait apostolus. Non ex operibus inquit iusticie que fecimus nos sed ſm suā miſericordiā ſaluos nos fecit. Ad Tioth.iij. Tertio ratione ſanctitatis Dā ſpiritusſanctus eſt ſpiritus ſanctificationis. vt dicit Romano.i. Et ideo ſicut alij per ſpiritumſanctū ſanctificantur ſpiritualiter vt ſint filij dei adoptiui ita chriſtus per ſpiritumſanctuz eſt in ſanctitate conceptus: vt eſſet filius dei naturalis: et ꝓpter hoc angelus poſtꝯ premiſerat. ſpiritusſanctus ſupueniet in te. concluſit dicens Ideoꝯ et qō naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius dei. Luce.i. Ex omnib⁹ itaꝯ premiſſis colligere poſſumus t agnoſcere quanta charitate deum noſtrum et dominū ieſum chriſtum diligere debeamus: vt ei pro tanta ſua circa nos charitate t liberalitate retribuere valeamus pro noſtro modulo vicem reamatiōis. Quis enim non ſtudeat reamare ſe amantem deum et quidem ſumme bonum et amabilem: ſumma beneficia largientem: perpetua charitate nos diligentem: et in eterna beatitudine perpetua felicitate premiantem. O anima mea vtinam te excuteres de puluere: vtinam mente pia recogitares: quantum te dilexerit deus vt ſe dederit pro te tē.

Articulus ſecundus de perfectione diuine incarnatiōis et cōceptionis chriſti. La.I.

Ecundū miſteri um declarandum de iſta ſacratiſſima conceptione domini noſtri dicitur perfectionis. Ubi oſtenditur quāta perfectione ſit conceptus dominus ieſus in vtero ſacratiſſime ꝟginis marie. Ubi nota q licet chriſtus multiplici perfectione ſit conceptus. tamē vt eas compendioſius perſtringamus. Triplicem in hac parte hui⁹ conceptionis excellentiam et perfectionē declaramus.

Prio pfectionē ex pte mris dei
Scdo pfectionē ex pte hūanitatꝭ dñi
Tertō pfectōz q ſe tenz ex pte ūnitatꝭ xpi

Primo itaꝯ in hac dominica conceptione contemplemur perfectionē t excellētiam que ſe tenet ex parte matris: quoniam ipſa beata virgo triplicem perfectionem in hac conceptione habuit Primo pfectionem virginitatis. Scdo perfectionem ſanctitatis Tertio pfectionē maternitatis. Primo inquā habuit pfectionem virginitatis: quia ipſa concepit filium ſine corruptione virginitatis t ſine omni concupiſcentia ac delectatione carnali: quin potius in ſumma ſuauitate ſpirituali: quia eius mentem inhabitabat deus: et ideo exultabat cor eius in deo ſalutari ſuo. Unde Auguſtin⁹ libro de virginitate dicit. q beatior fuit beata virgo concipiendo chriſtum mente q̄ corpore. Et infra concludit q propinquitas marie materna nil profuiſſet niſi felicius deum corde q̄ corpore geſtaſſet. Hec ille Iſtud aūt quomō ſit intelligēdū. Rndet ſm doctores q non aliter niſi cōſiderent inquantū vnum non excludit aliud al's ſecus. quia cōcipe chriſtum carne et eſſe dei matrem nō poteſt eſſe ſine ſanctitate mētis. Unde iſta conceptio in maria ē optima que eſt carne et mente. Si em̄ poſſet quis ꝛcipere xp̄m carne ſine ꝛceptiōe mētis fide nil eſſet Scdo habuit perfectionē ſanctitatis. quia nulla fuit in hac conceptione infectio ſcz pcī originalis qm̄ de ſpūſancto beata virgo filiū cōcepit ex puriſſimo ſuo ſanguine: ꝓterea angel⁹ dixit Luc̄.i. Ideoꝯ t quod naſcet ex te ſanctū vocabitur filius dei. Sanctū quippe ſm Dyo. xl.cap̄. de diui. nominib⁹ dicit illud quod eſt ab omni immūdicia liberū t pfectū ac mundum t īmaculatum. Qō autem conceperit ex puriſſimo ſuo ſanguine oſtendit tripliciter. Prio ex ſentētia doctorali. Scdo ex exēplo miraculi reuelati. Tertio exēplo ex ſilitudine naturali.

Prio oñdit ſnīa doctorali ita em̄ cōiter doctores ſētiūt ſup tertio ſnīaꝝ di.iij. cap̄. ꝓmo. vbi mgr̄ dicit: Chriſtus inquit copulauit ex puriſſimis t ſanctiſſimis ipſi⁹ ꝟginis ſanguinib⁹ carnē aīatā: aīa rōnali non ſeminās ſed p ſpm̄ſanctū creās Hec ibi. Et eſt ſnīa damaſceni Sed q̄ri hic

ꝓ̄t de hoc qđ dicit ꝙ ſpiritū ſanctū creās Quō iſte ſanguis dicit creatus in beata virgine de quo ſcz ſanguine factū eſt corpus xp̄i cū ille ſanguis nō ē fact⁹ ꝺ nihilo nā creare eſt aliq̄d ex nihilo facere. Ad hoc reſpondet ſm Bonauē. ꝙ hic creare accipit ꝓ condere. quia caro xp̄i cōdita eſt ex illo puriſſimo ſanguīe ſpūſſcti ꝟtute z ptāte. Qui ſcz ſpūſſctūs ꝓdidit z formauit ſua potētia corp⁹ xp̄i nō extra: ſed intra eius glorioſa viſcera menſib⁹ nouē educandū. Sed adhuc querit de q̄ ſāguine puro ꝟginali et quō format⁹ ē xp̄s

Rñdet Joh. nider allegās. ſnīaz Alb. magni ꝙ ex puriſſimis guttis ſaguis cordis ꝟtute ſpūſſcti in ei⁹ vterū ꝙ venas deductz, vt pie credit. Et quō ħ patet in exēplo imediate ſubſequēti. Scđo ḡ ħ idē oñdit exēplo miracli reuelati. Nā ꝑdict⁹ mgr̄ ioħes in ſermone ſuo de annūciatione refert magnū Albertū ſcripſiſſe ꝙ nouit quēdā religioſū ſimplicē deū valde timentē qui cū aliq̄n apđ ſe miraret de conceptiōe filij dei in vtero ꝟginali in oroni/bus plibus rogauit btāz virginē vt certificaret de illo. In nocte igit natalis xp̄i ꝙ eūdē ꝑma celebrata miſſa ꝙpe altare vidit lucē magnā z nobiliſſimā dñam dicentē: Quare heſitas ait de ꝓceptione filij mei Num repies ſcriptū in euāgelio ꝙ turbata fui in ſermone angeli. Dotta em̄ naturali in turbatiōe homis aſcendit ſanguis ad cor ei⁹ in ſolatiū ipſi⁹ cordis z cōfortationem. In ipa ḡ turbatiōe ex puriſſimis guttis ſangu nis cordis mei operatiōe ſpūs ancti cōceptus eſt in me fili⁹ dei. Tūc ille attonitus breuiſſimis verbis queſiuit Quare hoc? Cui illa benigne reſpondit Ex puriſſimis guttz ſanguis cordis mei Ideo conceptus eſt in meo vtero fili⁹ meus videlicet vt magis diligerē ſpm: et vt magis mererer in paſſione illius: hec vt ferit ſm Alb. ſup miſſus: ſup verbo dominus tecū. Et ꝓfecto quia iſtud nō repugnat fidei vel ſcripture: ſed cōſonat etiam rationi fidei et pietati: ideo teneri poteſt.

Tertio hoc idē oſtendit ſilitudine naturali: Videmus em̄ ꝙ flores gignuntur ſine corruptione ex ſubtiliſſimis humoribus virgule z fructus arborū ex puris medullis arboris. Sic xp̄s ex puro virginis ſanguine. Unde xp̄s Eſa. xi. flori comparatur. Egrediet ꝟga. i. beata ꝟgo de radice ieſſe z flos de radice eius aſcēdet. i. xp̄s

Denicz Ariſt. v. li. de aialibus dicit. ꝙ in arabia eſt quedam auis regia et magna nomīe ozmomella que ſolū in arabia habitat. hec auis guttaz emittit ſanguis ſui que tandē in aduentu ſolaris luminis viuificat z ſibi ꝓcreat auiculā. Si ergo natura id valet facere vt ex gutta ſāguis auis ꝓducat abſcz maris cōcubitu ſola ꝟtute celeſtis vel ſolaris lumīs multomagis id deus potuit vt ex gutta ſanguinis beate ꝟginis corpus xp̄i formaret ſpūſancto id faciente. Tertio in hac cōceptione beata virgo habuit pfectionem maternitatis. quia vera z pfecta mat xp̄i extitit Nam ex hoc aliqua mulier dicitur alicui⁹ mater ꝙ eum cōcepit z genuit: ſed beata virgo xp̄m cōcepit et genuit: ḡ eius mater eſt. Unde Math. i. Cum eſſet deſpōſata mr̄ ieſu maria ioſeph. Ubi nota ſm Tho. iij. pte ſūme. q. xxxi. ar. iij. Et ꝑma pte. q. xxvij. ar. ij. ꝙ ad hoc vt aliquis ſit pater vel mr̄ requirunt quattuor. Primo vite generatio. ex hoc em̄ eſt maternitatis vel paternitatis ratio quia viuentē generauit et ideo ſcamni mater non dicit lignū nec ignis generans dicit mr̄ ignis generati Secundo req̄rit ſubſtātie collatio et ideo artifex non eſt pater vel mater mēſe quā facit: quia nil ꝓfert ei de ſua ſubſtātia. Tertio materie ꝑparate adminiſtratio et ideo cuius homo ſit de terre limo formatus nō tamen ꝓprie dicitur terra mater hominis. Quarto nature aſſimilatio in ſpecie. vnde capillus vel vermis qui generat ex homīe nō dicit filius hominis quia non habet ſpecificā ſimilitudinē cum homine. Ex iſtis rationibus ꝓbat ꝙ beata virgo vere ſit mater chriſti. Primo quia viuū genuit imo ipam vitaz xp̄m ſicut ipe ait Joh. xiij. Ego ſum via veritas et vita. Scđo qz de ſubſtātia ſua cōtulit in generatione xp̄i ꝓprīū ſanguinē Tertio qz ꝑparatā materiā ꝑſtitit ſilicet puriſſimū ſanguinē q̄ chriſto cōue-

niebat. Quarto qz sibi sil'ez in specie, pdu xit: vnde vera mater xpi fuit. Proinde ipsa figurata est p tabernaculū dñi federis in quo habitauit deus: de quo habetur Exo. xxv. Et Heb. ix. q habuit duas partes: prima longior z latior que significat beate marie corpus sanctissimū. Haz illa pars tabernaculi vocabat sancta: cui9 scz marie sanctitati commissa est latitudo et longitudo totius mundi. i. hoim z angelorum. Scōa pars ꝑter excellentiam vocabat sancta sanctoꝝ: que significat anime marie ꝑcellētiā. de qua Alex. de hal. sup illud can. Tota pulchra es dicit Nequa quā pelegisset eā deus nisi esset omnibus dignior deo dilectior z vniuersis excellentior. Capitulū. II.

Secundo contemplemur pfectionem hūanitatis xpi in qua fuit triplex perfectio in conceptione.

Pria pfectio subitanee organisatiōis.

Scōa pfectio cōplete animationis

Tercia pfectio diuine felicitationis

Prima inquā pfectio subitanee organisationis: qz conceptio xpi non fuit sicut nostra. Nostra quippe cōceptio est successiua et in tempe ꝑter virtutē defectiuam nature agentis: ita q conceptio maris nō pficit nisi vsq ad quadragesimum diē vt dicit phs. ix. li. de aialib. Femie ꝑo cōceptio vsq ad lxxx. diē vl citra. Aug9 ꝑo sup Johez dicit vt di. iij. scribit tertij sniaꝝ. q maris ꝓceptio pficit. xlvi. die. Sed xpi conceptio fuit subitanea z in instanti fm Tho. sup. iij. di. iij. Et bonauē. di. ij. eiusdē tertij Richar. q z alios ꝓcoditer doctores. Rō qz ꝓceptio xpi facta est virtute mirabili z diuina mirabiliꝝ opante: sed ꝑtus mirabiliꝝ opans ē infinita: z opans infinite ac pfectissime. Deut. xxij. Dei perfecta sunt opa. g̃ videt q eius opatio fuerit instantanea. Vñ hec quattuor in ꝓceptione xpi fuerūt in eodē instāti. scz conuersio sanguis purissimi btē ꝑgnis in carnē z alias ptes corpis xpi. Et formatio mēbroꝝ eius organicoꝝ: et aiatio corpis organici. et assumptio corpis aiati in vnitatē diuine psone. Unde Aug9. sicut in li. iij. sniaꝝ scribit dicit. In vtero ꝑginis non pri9 caro ꝓcepta ē z postea diuinitas venit in carnē: sed mox vt dei verbū in vterū venit factū est caro seruata ꝑpetate nature et perfectus hō in veritate carnis z anie. Hec Aug9. Secunda pfectio corpis z hūanitatis xpi in eius ꝓceptu dicit aiationis. quia in eodē instanti quo cōcepit btā virgo corpus christi: fuit pfecte animatū aia rationali in eodē instanti creata. Vñ hiere. xxxi. Nouū faciet dñs sup terrā. Femia circūdabit virū. Uix inquit quia christ9 in instāti ꝓceptiōis fuit tam quo ad lineamenta corpis z orgāna omia vt ꝑdictum est q̃ quo ad oēs ꝑtes aie grām z sapientiā. Sciuit cm̃ oia i instanti sue ꝓceptionis. Et circa hec p̄missa Holgot super librum sapie. Et petr9 aureoli in suo cōpendio z doctores sup. iij. sniaꝝ dicunt precipua pūcta admiratione digna duo. Et his supaddit tertiū punctū fm Franmaronis fmone de natiuitate. Primū punctū. q nunq̃ fuit aliquis puer ita paruus sicut xps. qm̃ vt ait mgr̃ in tertio dis. iij. mēbroꝝ xpi distinctio in ipso mometo cōceptionis per omia lineamenta z orgāna perfecta fuit: z tam parua erat ac tenuis q humano visui vix posset subiici. Et diebus illis scz. xl vi. perfecte ē aucta et notabilis facta paulatim crescēdo. Huius patet ratio: quia alij pueri q̃ aiant et pfecte organizant fm omia mēbra sunt. xlvi. vel fm phm. xl. diez: et ideo tāto fuit minus corpus christi alijs. quādo est conceptum et statim aiatū quantū nfra. xlvi. dies augeri potuisset in vtero. Ō si querit Unde est hoc q de9 corpus illud tā puū voluit paulatim ad perfectam quantitatem deduci ꝑ mediante nature operatione: et non fecit subito magnum Ad hoc dicendum fm Bonauenturā sup tertio. di. iij. q. vltia. arti. i. q quāuis de9 facere potuisset alio mō. hoc tamen modo fecit cōgrue triplici ratione. Primo vt ꝑfirmaret fidei veritatē dum per hoc ostendit q veram et non fantasticā carnem assūpsit: et hoc fuit optimum quia sine fidei veritate nullus est fructus incarnationis Secundo vt cōmendaret humilitatem: dum dei filius rex regum factus est paruul9 et

qui prius nullo indigebat: lacte mrno alebatur sicut alij paruuli z pannis inuolue/bat zc. Et h valde optimū: qz ꝓpter h potissime de celo dei filius descendit vt supbiam extirparet Tertio vt conseruaret vniuersalem legem et ordinem: quia de⁹ vnicuicz nature concessit ꝓpriam operationem. nec vtitur miraculis vbi natura per se sufficienter potest operari. Et quia natura in christo sufficiēter poterat illd corpus ad perfectam quantitatem deducere ita q per hoc nullo modo ei⁹ dignitati derogabatur. Idcirco voluit deus vt naturam iuxta virtutē sibi cōpetentem operari sineret z hoc quidem cōueniebat. qz naturam nolebat ꝓmere sed repare. Secundum punctum circa hoc valde notabile est q in tam paruo corpore recepta fuit anima: et tam corpus illud cz anima diuinitatis vnionez perfectam habebant in ipso instanti conceptionis. Unde Aug⁹. libro de fide ad petrū dicit: Firmissime tene z nullatenus dubites non carnem christi vel animā sine diuinitate in vtero virginis fuisse priuscz suscipere[t] a verbo zc.

Tertiū punctum q christus plus habitauit in vtero virginis cz alij puuli tanquā in thalamo sūme dilecto. eo q ceteri fetus ante animationē p .xl. dies ad min⁹ formant. christus autē dante beata virgine assensum fuit statim ꝓfecte formatus: et sic illis .xl. dieb⁹ pl⁹ habitauit. Tertia perfectio ex parte humanitatis xpi fuit perfectio felicitationis: quia in instanti sue conceptionis anima eius fuit in perfecta fruitione diuinitatis et sciuit omnia etiā scōm quod homo et fuit plenus omi gratia z virtute. vnde non solum fuit viator sed etiam cōprehensor. vt dicit Aug⁹. Et ratio ꝑm Tho. iij. pte. q. xxxiij. arti. iiij. quia christus in instanti sue conceptionis fuit simul deus z homo. Ideo in sua hūanitate habuit aliquid p ceteris creaturis. scz vt statim a ꝓncipio esset beatus et felix comprehensor. Unde ps. Beat⁹ quez elegisti et assumpsisti zc. qō ꝑm gle. refertur ad humanitatē christi que assūpta est a verbo dei in vnitatē suppositi. Sz in primo instanti sue conceptionis fuit assumpta natura humana a verbo dei vt patebit. ergo ꝓtunc fuit beatus ꝑm qō et cōprehensor: et sic patet triplex perfectio humanitatis christi. La. III.

Tertio quocz in hac sacrosācta cōceptione christi fuit sūma ꝓfectio ex pte diuinitatis ipius xpi. quia christus existens in vginis vtero fuit ita ꝓfectus deus sicut fuit ab eterno z erit in eternum ita glorioſus ita omniū domin⁹ omnia potens: omnia sciens: super omia bonus et perfectissimus. Uñ circa hoc p intellectu nota tres veritates catholicas breuiter declarandas ne ꝓlixitas tedium generet. Prima veritas est q nulla mutatio facta est in deo ex eo q in vtero virginis veniens incarnatus extitit. Uñ petr⁹ aureoli in suo cōpen. li. iiij. ca. vi. Cū filius dei in mundu⁹ mittitur non fit in deo aliqua mutatio: sed nature humane assumptio: quia ipse⁹ mitti non est ibi eē vbi ante non fuit: sed aliter ibi esse cz ꝓius fuerit. Et hec alteritas nō est ex parte eius qui est cum sit imutabilis: sed ex parte eius in quo est quia vnitur nostre carni: vnde nō fit mutatio ex parte dei sed ex parte nostri. Scriptū est em Malach. iij. Ego deus z non mutor: nec in hoc aduētu est loci mutatio: quia vbicunq ꝓius fuit xpi diuinitas: ibi et est nunc z in incarnatione fuit. Ita z post incarnationez in patre est sicut et semper fuit. vnde ista incarnatio in nullo derogat diuine ꝓfectioni. Scda veritas in nullo diminuta est diuina nobilitas et ꝓfectio: ex eo q humanā naturā assumpsit. Uñ dicit Leo papa in sermōe de circumcisione. Jn vtraq natura idem est dei fili⁹ nostra suscipiēs z ꝓpria nō amittēs. deitas em q illi cū pre cōis, est nullu⁹ detrimentū oi potētie subijt: nec dei formā forma serui violauit: qz sūma z sēpiterna deitas nraz qdē naturā assumēs nos i suā gl'iaz trāstulit: sz qō erat eē nō desijt Hec ille. Exēplū accipe Si rex magn⁹ cōtrahat cū aliqua ꝓsona seruili nō ex hoc minuit regis dignitas z nobilitas: sed ꝓsona illa seruilis in copulatiōe regis nobilitat: sicut patet de hester z assuero. Ita z in ꝓposito dei nobilitas non est diminuta in

incarnatione sed hūana natura q̄ añ erat abiecta ex pcō:sūme ē nobilitata. Ter tia veritas q̄ de⁹ nō est diuisus in incar/ natione sed tot⁹ t pfect⁹ in ꝟginē descen dit. Vñ Origenes sup Mat.dic̄. Nō di midi⁹ deus apud p̄rem t dimidi⁹ in vir/ gine.sz vtrobiq̄ tot⁹ t pfectus. Et idō in bñdicta ꝟgine.xij. magnalia sunt subsecu ta tanq̄.xij.ꝑuilegia t excellētie q̄b⁹ ipsa tanq̄ corona.xij.stellaꝝ in hac filij dei in habitatiōe gl'iak. Primū ē q̄ tota sctissi ma trinitas ipam inhabitauit:p̄ vicz fili us t spūssctūs vt ita dictū est t miro mō in ipa opata ē:cū p̄ sibi potentiā ꝯcipiendi tribuit:fili⁹ carnē de ea assumpsit:spūssan ctus eā sctificauit t carnem xp̄i perfecit.

Scōm est q̄ ipa ita pfectū filiū sic de⁹ p̄ habuit.qz idē fuit fili⁹ qui fuit eternal'r de p̄e sine mre t tpaliter de mre sine p̄e. vt dic̄ Orige.et etiā Greg⁹. Tertiū ē q̄ filius dei in vtero btē ꝟginis exns ita gñabak a deo p̄e ꝟm diuinitatē: sicut ab eterno erat ab eodē genit⁹. Sicut em̄ sol ybicūq̄ sit nō desistit suum lumen gigne re:et ignis suum splendorē. Ita et de⁹ pa ter suū filiū etiā ꝑtūc cū esset in vtero ma terno. Vñ nō est ista generatio carnalis sz diuinalis sicut lumē de lumie t deus ve rus de deo vero gignit. vt dicit in symbo lo. Quartū est q̄ filius dei exns in vte/ ro ꝟginis ꝓducebat spm̄sanctū .qz nunq̄ filius destitit spm̄sanctū spirare sicut nec pater destitit vnq̄ filiū generare: Huius exemplū ꝟm Augustinū accipe de igne: q̄ semp q̄diu est nō desistit diffundere splē/ dorē t p ipm̄ suū calorem. Quintū est q̄ xp̄s habitans in suo vtero glorificabat omes angelos sicut t deus p̄.qz diuinita tis essentiā t trinitatis gl'iam angeli intu endo glorificabank t gaudebant sicut in patre t spūsancto ita t in filio. Sextū ē q̄ filius dei exns in suo vtero cōseruabat totum vniuersum sicut t pater t spūssan ctus cū habeat eandē vim ꝯseruatiuā Si em̄ tūc cessasset ꝟtus filij ꝟginis: cessasset etiā ꝟtus patris t spūssācti. Et sic mun dus totus ānichilatus fuisset.vt dic̄ Gre. xxvij.moral'. Oia inquit statim in nihilū redigerenk nisi manu oipotentis cōserua/ rentur. Septimū est q̄ filius btē virgi nis exns in vtero sciebat t cōprehēdebat omia que sunt fuerūt t erunt in hoc mun do:pn̄cia p̄terita et futura Ibi aīa xp̄i pre uidebat quot t qui sunt hoīes in eum cre diturī vel nō crediturī:quot fructū sue in/ carnationis accepturi.quot saluādi: quot damnādi ibi p̄cognoscebat quot passiōes et q̄ acerbā mortē deberet illa caro ꝯcep/ ta sustinere ꝑ redemptione gn̄is humani quot vulnera susc̄ipere:quot ;gutta s sang uis effundere: quot labores t fatigia suf/ ferre tē. Ite cognoscebat oim infimoꝝ t supioꝝ corꝑoꝝ virtutes et numeꝝ oim̄q̄ spirituū dispositiōes t ordines.et qō ma ius omnib deum in sua essentia vidēs ꝑ/ fruebak beatitudine. Octauū est q̄ xp̄s in suo vtero habitās sua potētia t sapien tia disponebat totū mundum t omia que in mūdo volebat faciebat t iudicio decer nebat.Quis diues vel paup fieri deberet in mundo:quis seruus et q̄s dn̄s:q̄s rex t p̄nceps . Quis morerek t quis viueret t sic tā q̄ sūm⁹ deus oim gubnator Ho nū q̄ in eius vtero habitauit de⁹ eq̄ mag/ nus t equa maiestate sic in celo t latissi/ mo mūdo. Dix hoc ē q̄ quē celi capere non poterant vter⁹ vnius puelle cōtinuit vt etiā canit ecclesia. Decimū q̄ in ipa btā virgine sūmus splendor diuine p̄n̄cie nō solum in aīa vegetiā in corꝑe mira ra/ diositate relucebat. ita q̄ vt dicit Bern̄. ꝓpter ipam radiositatē a facie eius proce dentem ioseph eius sponsus vix respicere audebat in faciem ei⁹. Unde glosa super illud Mat.i. Accepit ioseph coniugē su/ am t non cognoscebat eam donec peperit filium dicit glo. Joseph inquit mariā fa/ cie ad faciem videre nō poterat quā spiri tussctūs a conceptione pleni⁹ impleuerat et iō nō agnoscebat faciē ei⁹ quā despōsa uerat donec illi⁹ ꝟt⁹ euacuarek Hec glo.

Undecimū q̄ in ipa t p ipaz btāz ꝟgi nē hūana natura sūme exaltabak.qz in as/ sumptione verbi tantum fuit humana na tura sublimata: vt esset equalis deo. licet non sit equalis humanitas diuinitati.qz filius dei christus equalis est deo patri scōm diuinitatem. vt dicit athanasius in

symbolo: immo quod maius est vnus homo christus est ita perfect⁹ de⁹ sicut tota trinitas. vt dicit Aug⁹. ꝓmo li. de trinita. quod est vade stupendum plusq̄ si diceretur ꝙ vnus lapis est equalis soli vel celo. Hanc equalitatem saluator declarat. Jo. x. di. Ego et pater vnus sumus. Item in tantus humana natura exaltabatur et dignificabatur in beata virgine ꝙ eēt super omnes creaturas: ⁊ adorabatur adoratione latrie ab omnib⁹ angelis. Quia caro christi et anima ꝓpter vnionez ad diuinitatē adoranda est adoratione latrie sicut deus: vt volunt doctores cōmunit̄ super tertio libro sniaꝝ. dis. ix. Item genus humanū adeo exaltabatur ⁊ dignificabatur in beata virgine: vt omnes homines fratres dei sint appellati. Heb. ij. Non cō fundit̄ eos vocare fratres. Et hoc maximus honor est hominis in quo excellit angelos. quia angeli tantū serui dei nominantur et non fratres. Hebre. ij. Nusq̄ angelos apprehendit sed semen abrae. Et ideo post incarnationem angelus non permisit se adorari ab homine Apocal. xxij. vbi legitur ꝙ cum Johānes voluisset adorare angelū prohibuit angel⁹ ne faceret videns humanā naturam in christo sup angelicam exaltatā. In veteri autē testamēto ꝓmisit se adorari ab abrāa. Gen. xvij. et a multis alijs. Duodecimū ꝙ beata virgo tanta dignitate sublimabatur ꝙ dominiū hꝫ sup oēs angelos ⁊ sup oēs homines ⁊ sup oēm creaturā mūdi: et esset regina omniū celestiū ⁊ terrestriuz. et quod est maximū dominiū haberet etiā sup deum quodāmodo et imperiū tanq̄ mater super filium. hoc quippe magnū est: sicut eēm maximum quid putaretur ꝙ vnus infirmus homo posset totam terrā ⁊ totum celum voluere: ita hoc maius est ꝙ vna puella sic habeat dominium super celum et terram et super deum: vt possit quicq̄d velit. Bern̄. O felix maria data ē tibi oīs potestas in celo et i terra: vt quicquid volueris valeas efficere. Euigila g̃ o anima fidelis. Leua oculos mentis tue ⁊ vide ac cōsidera diligenter: quantū debeas beatā virginē venerari: quāta deuotione sibi seruire: quanta reuerētia eā extollere. et omni laude dignissimā extimare. Qui de quantū debeas eā amare: que deū tuū redemptorē tuū: gaudium tuum: glorificatorem ⁊ saluatorē tuū: dulcem iesum tāta dignitate concepit et in vtero portare meruit tantum tibi fructū vtilitatē ⁊ dignitatem attulit. O quid putas nōne diligeres eū et seruires ei: qui tibi vnam dignitatem regiam ꝓstaret ⁊ ad eā sublimaret in hoc mundo. Multo maiꝰ est regnum multo precios̄ius ⁊ durabiliꝰ. quia regnū eternum ⁊ celeste: multo maior dignitas imcōpabiliter: quā habes per beatā ꝑgrinē. O itaq̄ felicissima maria. O benedicta dña tibi in ꝑsona omniuz nr̄m laudes dico: ⁊ gratias ago ꝓ tanto beneficio ⁊c. Te quidem benedico et glorifico in eternū. Benedicta tu i filio. Benedicta tu in corpore. Benedicta in anima: benedicta sis in celo et in terra: que benedictionem in omnibus peperisti Amen.

Articulus tertius de mirabili conditione incarnationis diuine et cōceptionis christi.

Tertiū misteriuz t principale: in hac parte declarandum dicitur misteriū admirationis. Fuerunt quippe in hoc conceptu dominico miranda ꝑma: que humanum excedunt intellectum: et humane mentis indaginem rapere habent in excessum stuporis. Et precipue notantur duodecim mirāda in hac conceptione sacratissima quib⁹ beata virgo maria tanquā duodecim stellarum corona gloriatur in sua conceptione mirabiliter celebrata. de quib⁹ quidem satis valde breuiter procedere intendo: ne tedium lectori vel audienti prolixitas faciat. Et vt melius capiatur in tres quaternarios diuiduntur. Primus se tenet ex parte diuinitatis. Secundus ex parte incarnationis vel vnionis. Tertiꝰ ex parte materna lis conceptionis. Nam primo ex parte dei fuit in hoc conceptu quadruplex stupor ⁊ admiratio.

Prim⁹ stupor miserationis
Scōs stupor humiliationis
Tertius stupor psonationis
Quartus stupor indiuisibilis vniōis
Item ex pte incarnatiōis vel copulatōis fuit simr quadruplex stupor vt sequit.
Primus stupor impmixtionis
Scōs stupor cōmunicationis
Tertius stupor totalis assumptionis
Quart⁹ stupor ptialis beatificationis
Tertio quoq; ex parte maternalis concepciōis fuit quadruplex stupor videlicz
Primus virginalis fecundationis
Scōs corporalis perfectionis
Terti⁹ stupor spūalis repletionis
Quart⁹ stupor incōpassibilr cōiūctiōis

Capitulum I

Primus stupor miserationis. mirabile quidem et stupenduz est q̄ deus qui p̄ q̄ndq; milia annorū p̄terminauerat in ira sua misericordias suas non flexus lachrymis non p̄cibus inclinat⁹ nō miseriis cōmotus sanctorum patrum aut humani generis Jn hac tamē incarnatione misertus est homini. et ait illud Exo. iij. Descendi vt liberarē populum meum Quantū autē sit inclinatus deus ad misericordiā p̄ hanc incarnationē ondit tripliciter. Primo exp̄imētali cognitiōe. Secundo scripture attestatione. Tertio exēplari ostensione Primo exp̄imentali cognitione: exptum em̄ est testante sacra scriptura: q̄ deus fuerit circa hoīes mitigat⁹ quoniā antea in veteri testamēto multuz seuere puniebat pctā hominū. Haz p̄ vno peccato adam z totam eius posteritatem morte damnauit et plusq; quinq; milib⁹ annoz omēs i infernū detrusit quotquot mozerent ex filiis ade. Jtem p̄ vitio gule et esu carnū pcussa est a deo magna stragis pl̄s. Nu. xi. Et p̄ pctō Achoz. xxxvi. homines perierunt. Josue. vij. et p̄a sodomitico vitio quinq; ciuitates z villas earum subuertit. et totum mundum de⁹ diluuio peremit. Nunc vero quantum supabundāt peccata hominum: quot adulteria: quot sodomie: quot inq̄tates et vitia vsq; ad sūmū excreuerunt in mundo z tñ misericors deus exspectat lōganimiter vt conuertantur homines. Secūdo scripture attestatione ad Titū. iij. Apparuit benignitas et hūanitas saluatoris nostri dei non ex operibus iusticie que fecimus nos sed s̄m suam misericordiā saluos nos fecit Tertio hoc ostenditur exemplari declaratione. Accipe o homo hoc tibi exemplum Si vnus rex potentissimus vnicam filiā suam pulcherrimā tibi custodiē dam cōmendaret. Tu vero eam fornicationi traderes inimicis regis z insup eaz occideres. Nonne magnum quid contra regem offenderes. Potro p̄ tanto scelere rex te incarceret z quotidie affligat z tandem morti crudelissime seruet te tradendum. Pensa iam quod sequitur. Nonne maxima clementia et misericordia regis esset. Si tibi qui es inimicus eius in tanta afflictione posito z morti deputato: cōpateret adeo q̄ vnicum suum filiū de suo solio regio faceret p̄ te descendere in carcerem et tuum habitum vincula et flagella tua ip̄e p̄ te susciperet ad regis voluntatez: p̄ te quoq; tuā penā quā demereris lueret z p̄ te turpissima morte filiū occidendū traderet vt te liberaret z insup te in suum regnū exaltaret z in filium adoptatū regnaturū secū p̄ficeret. Vere maximum hoc tibi opus mie z bñficentie esset et indicibile. Sic fecit tibi deus: tibi filiā suā tradidit custodiendā. i. aiam rōnalez ad imaginē suam factā virtutib⁹ ornatā. Tu vero demonib⁹ dei inimicis: eā p̄stituisti p̄ varia vitia: p̄pter q̄ miseriā hui⁹ vite et tandē eternū cruciatū demeruisti Sed ecce quanta erga te o homo dei misericordia. Ecce quāta pietas: ecce quāta charitatis dulcedo: compatiēdo tibi vnicū filiū x̄p̄m p̄ te tradidit vt p̄ te affligat: p̄ro te mortem patiatur vt te liberet z cuz esses inimicus dei: filius efficereris eternaliter in suo regno celesti regnatur⁹. O igitur magna dei miseratio et humanum excedens intellectum. Unde Greg⁹ in p̄fatione paschali: O diuine pietatis summa dignatio vt seruum redimeres tradidisti filium: patet ergo q̄ mira sit dei miseratio.

Capitulum II

Secundus stupor est hūiliationis
s in hac incarnatione stupendū quidem z mirabile est de tāta dei humiliatione vt fieret homo deus. Cū enim nil vilius sit carne humana z tamen eam assumere z sibi vnire dignatus est. Nōne mirandum est q̄ domin⁹ oīum factus sit tam humilis vt esset seruus omniū. Nō ne mirandū est q̄ oīpotēs deus factus est quasi infirmus. Immortalis z impassibilis se humiliauit ad passionē z mortē: vilem carnem induit z p nobis quasi abiectus vermis est factus. ipso teste per ps̄. Ego aūtē sum vermis et nō hō obprobrium hominum et abiectio plebis. Hoc est qđ dicit apostol⁹ Phil. ij. Exinaniuit semetip̄m for. ser. accī. La. III.

Tertius stupor personationis. id ē
t duarum naturarū et substantiarū
vna personatio. In christo em̄ z si sunt due nature scz diuina et humana nō tamen est nisi vnū suppositū et vna psona Natura quippe humana nō prius fuit cōdita q̄ assumpta in christo vt p̄dictus est scđo articulo. quare nunq̄ fuit psona antea. vt docet mgr̄ in iij. di. v. Et sic q̄ natura humana diuino subsistat suppositō est valde stupendum. De hoc athanasius in symbolo: Licet christus sit de⁹ z homo nō duo tamē sed vnus est christ⁹. vn⁹ aūt nō vnitate substantie sz vnitate psone. Nam sicut anima rationalis z caro vnus ē̄ homo ita deus et homo vnus est christus. et hoc est mirandum. La. IIII.

Quart⁹ stupor indiuisibilis vnio
q nis. sic em̄ vniuit sibi deus naturam humanā vt nunq̄ ab ea separetur. Vnđ Damascē. dicit. Quod semel assumpsit nunq̄ dimisit. Nam licet passionis tempore anima a corpore sit separata: neutr̄ tamē a diuinitate. Et hec vnio stabit sempiternaliter vt nunq̄ desinat deus esse verus homo. Ex quo sequitur stupendum illud q̄ in nulla natura indissolubilior et maior repit̄ cōiunctio q̄ hec vnio benedicta pensata cū cōmūicatione ydiomatis que est in hac sacra vnione. O igitur q̄ magna dei charitas erga nostrā naturam z̄c. La. V.

Quintus in hac incarnatōe est stu
q por imp̄mixtionis scz naturaru quia. vt dicit Leo papa in sermone de natiuitate. Salua inquit p̄prietate vtriusq̄ substātie in vnitatē p̄sone suscipitur a maiestate hūilitas: a fortitudine infirmitas: ab eternitate mortalitas. z ita vt nec superiorem minueret incarnatio nec inferiorem consumeret glorificatio. Et h̄ certe stupendū z mirandum est: quia gutta aque. infusa mari nomen amittit z naturam. Et tamē natura humana mari infinito. id ē deo cōiuncta nomē detinet z naturā. vt sine naturaꝝ istarū scz diuine z humane cōmixtiōe z cōfusiōe vtraq̄ permaneat in vna persona que est christus deus et homo. Cap. VI

Sextus stupor. cōicationis. s. ydio
s matū Origenes lib. iij. sup epl̄am ad romanos dic̄. Propter indissolubil vnitatē verbi z carnis. omia q̄ carnis sunt attribuunt̄ fbo. et omia q̄ verbi sunt predicant̄ de carne. Et Aug⁹ p̄mo de trica. xij. dicit: Talis est illa assumptio hūanitatis a diuinitate in xp̄o. vt deum homine faceret z hoiem deū. Ex q̄ patz q̄ tali vnione facta ē cōicatio idiomatū vt q̄ dicuntur de deo dicant̄ de homine et econuerso: saltez cōcretiue. Facta em̄ est cōicatio. Primo quo ad pfectiones essentiales vt hō est spūs infinit⁹. et de⁹ est corp⁹. Secūdo quo ad p̄prietates accidētales vt deus est alb⁹ z hō etern⁹. Tertio q̄ ad actiones. q: actiōes naturaꝝ cōicant̄ ad inuicē vt hō crear et deus comedit. Quarto quo ad passiōes q: ex quo in actiōib⁹ est cōicatio erit z in passionib⁹. et sic vere dicit̄ de⁹ passus: deus mortu⁹: licet non deitas mortua. Et dicit̄ hō eternal⁹ gñat⁹. valde mirāda sunt ista et stupēda ac veneratiōe et dilectione dignissima. La. VII.

Septim⁹ stupor totalis assūptiōis
s quia in athomo. i. indiuisibili facta est tot⁹ hois assūptio. vt dic̄ Damascen⁹. q: nō prius corp⁹ q̄ aīa vel ecōtra: sed simul corp⁹ et aīam assumpsit de⁹ Ad qđ stupendū ē secutū illud q̄ corpus x̄pi i instanti est pfecte organisatū. aniaq̄ in eodez instanti de nihilo creata z in eo/

dē instāti corpi infusa: atq; in eodē instanti diuinitati vnita fuit fm qđ s̄ patuit per mgr̄m in tertio. di. iij. Ca. VIII.

Etau⁹ stupor prialis brificatiōis q; aīa xp̄i quo ad ptē superiorē fuit beatificata. et in pte inferiori fuit doloris pceptiua. Habuit quoq; sapiam infusā oīm. et diuinitatis plenā cōicatione fm oēm perfectionē. Ūñ Col. i. In christo habitat omnis plenitudo diuinitatis. Et ista tria fuerunt valde miranda vicz q; xp̄s i instanti cōceptiōis oīa sciuit. iij. sniar. di. xiij. Nec postea pfecit quo ad habitū scientie sed tantūmō quo ad experimentū. Jtē q; fuit beat⁹ in portiōe superiori et diuinā essentiā intime vidēdo perfruebat. Et cum hoc q; in inferiori pte rationis nō fuit beatus sed dolorem sentiebat: vt dicit mgr̄. iij. sniar. di. xv. Hoc est qđ dicit Aug⁹. vicz q; tota vita xp̄i ab instanti cōceptiōis crux erat ꝓpter dolorem quē habebat: tū p passione futura et imminenti. tū p materna cōpassiōe. tum quoq; p hoīm ingratitudine et malicia. Et sic ō alijs filijbus sicut agetur ō hoc latius alio opus culo tractatu de passiōe. Ca. IX.

Onus stupor virginalis fecūdationis. mirū quidē ē q; ꝗgo ꝯcipiat ꝗgo pariat: ꝗgo lactet. Ūñ Origenes in omel sup illō matb. Cū esset despōsata dicit sic: O magne admirationis gr̄a. O inenarrabilis suauitas. o ineffabile sacr̄m: ipa ē eadē m̄r: ipa eadē ꝗgo. ipa genitrix et ancilla: ipa genuit deū et hoiez. Quis vnq; audiuit talia. quis vnq; potuit vt ꝗgo eēt et m̄r immaculata. m̄r et incorrupta m̄r vnigeniti filij dei dñi nr̄i iesu xp̄i: qui ē in celis fm diuinitatē in sinu p̄r̄is. et ē in terris fm carnē i sinu m̄r̄is. in celis ō p̄re sine m̄re genit⁹. et in terris de m̄re sine p̄re gnatus Dec ille. Ca. X.

Decim⁹ stupor corpalis pfectiōis. Dirum em̄ et stupenduz q; tanta pfectiōe ꝯceptio ꝗginis fieri valeat. vt scz ex purissimis sanguib⁹ ꝗgo cōcipiat. et nō nisi a spūsctō ꝯcipiat. et nō nisi deū et hoiem verū ꝯcipiat. Deniq; i instāti ꝯceptiōis pfectū hēat filiū fm oīa corpis lineamenta et mox aiatū corpus et deitati vnitū vt iā plibus vicib⁹ ē replicatum.

Capitulum XI.

Adecimus stupor spūalis repletionis. Dirū em̄ est q; m̄r ipa virgo sit repleta gr̄a spūssancti: adeo vt sine oī pōdere et grauamine baiulaverit filiū et toraliter mens ei⁹ ad supna fuit euecta. sume cōsolata et refecta tanq; que a deo ē inhabitata et omnib⁹ donis plena. Et p̄terea fili⁹ ei⁹ xp̄s iesus i instāti ꝯceptiōis fuit plen⁹ diuitate et pfect⁹ hō vtens rōne. iuxta illō Hiere. xxxi. Feia circūdabit virū vt s̄ tactū est. Ca. XII

Odecim⁹ stupor incōpassibil cōceptiōis. q; vicz ꝯiūgunt i hac cōceptiōe illa et talia ꝓtraria q; naturaliter nullo mō se cōpatiunt ineesse alicui. vicz mortalitas: imortalitas. Jtē passibilitas et ipassibilitas. Jtē etnitas et tpalitas. Jtē creator et creatura. oīpotēs et infirm⁹. Dñs oīm et seruus oīm. vt dici valeat de hoc illud ps̄. Simul in vnū diues et pauper. Preterea ꝯcurrūt ꝗginitas et m̄rnitas castitas et fecūditas. vt merito ō ea dicat illō Sap. iij. O q̄ pulchra ē casta gnatio. Vide q; vtq; iūgit scptura. q; dic̄ casta p ꝗginitatē et gnatio p m̄rnitatē. Denicq; qđ ampli⁹ dicere valeā. qđ hac nouitate mai⁹. qđ excellēti⁹ effari queā. qđ iocundi⁹ et qđ mirabili⁹ hac fama veridica insonari pōt. q; de⁹ fact⁹ ē hō et cōiunct⁹ limo. vnit⁹ est nr̄e nature hūane et ꝗbū dei factū ē caro Joh. i. O mirabile dictu. O stupendū et inauditū nouū. Quid miser homūtio existimas. qđ i hac re cogitas p te nimiz. O miser p te o fidel aīa p te o vilis pctōr. factū ē tā grāde miraculū: tā inusum a seculo spectaculum: tam inaudītū nouū p te inq̄. q; p tua vtilitate: p tua salute et glia. sz et ꝓpter te: q; ꝓpter tuū smorē: ꝓpter tuā charitatē. Sup q̄ brūs Bernardus admirans et exclamans ait: O stupendum mirabileq; sacramentū summus omniuz factus est imus omniū. et quid hoc fecit nisi amor? ecce duo pariter noua iocūda nob⁹ dicit. q; et sūm⁹ factus ē imus. Et hoc pro nostro amore vt nos faciat summos indignissimos. O de⁹ magne. o iesu bone: quantuz te diligere debea/

mus qui nos tantū dilexisti: vere magna et mirabilia opera tua domine: tu dñe mirabiliter mundum creasti: mirabiliter hominē ad imaginē tuā fecisti. Et certe mirabilissime hoiem redemisti. vtinaz deus meus tibi aliqd dignū vel modicū p tāto bñficio retribuere valeat ania mea. Sed heu heu mi dñe: phdolor et phpudor: qz vnusquisqz nostrū declinauit a te in viam suā: alius in auaritiā: alius in luxuriā alius in iram: alius in gulam. et in cetera vitia. Reddidimus odium p dilectione tua te ipo teste per os psalmiste. Quid ergo charissimi: qd facturi simus. audite sanū consilium dauid. Venite adozemus z pcidamus ante deū: plozem9 cozā dño qui fecit nos quia ipe est dñs deus noster: preoccupemus faciē eius in confessione. Clamemus omnes in celum ad deuz z dominū nrm iesum xpm. Ipe em pi9 z misericors est et pstabilis sup malicia hoim Joel. iij Studeam9 ei gras p tanto bñficio agere Studeamus eū sup oia diligere. sed z viribus om nibo conemur: eius dilectissimā matrē venerari z ei seruire: vt eius pcib9 digni efficiamur in celesti patria cum eo/dē suo filio regnare in secula seculoz amē Et sic est finis p dei grām z btē virginis auxiliū hui9 primi libri. Plura alia posset circa hanc materiā cōcurrere scribēda de xpi incarnatione z eius natiuitate: q tamē hic ptranseo. quia deo duce in alijs voluminibus ero tractaturus de illis: hic causa breuitatis dicta sufficiant.

Incipit liber secūdus de gaudiosa visitatione marie.

Secūdo libro agitur de misterio gaudiosissime visitationis beate virginis. i quo q/dem tres partes poni libeat et distingui scōm quod tria principalia videntur esse facta in hac sacra virginis visitatione. Primo quippe ab elizabeth solenniter virgo ipsa cōmendatur. Secūdo ipsa benedicta virgo multipliciter iocundatur. Tertio grā/tiarum actio p ipso beneficio diuine incarnationis decantatur. ꝓterea Prima ps huius libri est de ipsa beate virginis commēdatiōe. Scda de eiusdē ygis ineffabili iocūdatione. Tertia de eius cantico et gratiaꝝactione: vt patebit in pcessu libri.

Pars prima secundi libri de cōmendatione beate marie qua sancta elizabeth in tempore visitationis ipsam cōmendauit tā de dei maternitate q̄ de virginitate q̄ etiam de virtuositate.

Vnde michi hoc

vt veniat mater domi mei ad me? Lu. i. ca. Verba ista dicta sunt a beata elizabeth sene iohannis videlicet matre de virgine gloziosa quādo visitauit ipsa virgo eā: cuius visitationis festum recolit ab ecclesia In quibus quidem verbis ranguntz insinuatiue eliciunt tres pcipue ratōes ꝓpt quas sūmo honore debeamus festū sacratissime visitationis celebrare sicut et ipsa beata senex elizabeth ꝓpter has rationes studuit benedictā virginē mariā i hac visitatione sūmo honore excipere ac deuotione intima cordis cōmendare.

Prima ratio nostre humilitatis
Secūda ratio vtilitatis
Tertia ratio dignitatis

Prima est ratio nostre humilitatis voluit quippe deus vt sicut vna mulier que erat mater viuentium cua superbierat in tantum q̄ scientiam dei appetierat. Gen. iij. Eritis sicut dij scientes bonum et malum. Et sic diuinā equalitem appetendo damnauerat nos ita semper essemus subiecti: et humiliati sub vni9 humilime puelle virginis potestate: per quaz saluaret nos. adeo vt nil habere boni possem9 nisi ipsa mediante beato Bernardo dicente in opusculis de laude virginis: Nil inq̄t deus voluit nos habere qō non per man9 marie dinosceretur transire Et iterum dicit idem Bernardus. Altius inquemint

quãto deuotiõis affectu voluit deus a nobis honorari Mariã vt oim bonorũ plenitudinẽ posuerit in ea. Ipsa iure principatur vniuersis: deo vt mater: nobis vt mediatrix z creaturis omiby vt dña preposita a creatore. Itaqz charissimi recognoscamus nos esse subiectos btẽ virgini z quicquid habem⁹ vel habere possum⁹ nõ nisi p ipsaz habere vel habituros: z ideo eam honorem⁹: eam deuotius diligamus: z in hac sui festiuitate dulci corde eidem deseruiamus. Hãc humilitatẽ recognouit Elizabeth cũ ait: Vñ imbi hoc. q. d. fm glo. Nil se tanti meriti habere vt digna fieret a tanta hospite visitari. Secũdo ad deuotissime excipiendũ hoc festũ inducit ratio vtilitatis. Quid nempe p hoc q beata virgo in suo vtero xpm portans visitauit Elizabeth. z iohannẽ in suo vtero existentem. Quid aliud dak intelligi z significari nisi q ipsa bñdicta virgo pata est visitare cũ suo filio omes electos pgram spealem. Et veniqz sic elizabeth z iobes in eius visitatiõe replenk gra spũscti: Ita oes ab ea visitati q honorifice suscipiũt ipsaz in corde deuoto spẽali gratia remuneranr. Proptrea ecclia in hodierno officio eius visitationẽ petit dicens: Jesu redemptor optime ad mariã nos impme vt mũdi aduocata pari forma nos visitet sicut fecit elizabeth p summã pietatẽ mores z actus dirigat z ad celos alliciat p gratiã collatam. Hec ibi. Hoc ilinuat elizabeth cũ in verbis premissis dic Ut veniat ad me quasi optando eius aduentũ ꝓpter fructũ z vtilitatẽ inde prouenientẽ. Tertia ratio dignitatis: qa inquit mater dñi mei. Debemus nempe ob honorẽ dñi nostri eius festiuitatẽ celebrare: quoniã ipsa mater dñi z dei nri est. z ideo vt Damasce. dicit. Honor qui mri marie defert. filio q ex ipsa est exhibetur. Tantã igit elizabeth sui humilitatẽ z indignitatẽ recognoscẽs: tantã visitationis virginee vtilitatẽ ppendens actam ineffabilem eiusdẽ ꝑginis dignitatẽ admirãdo exclamauit spũsctõ edocta. z dixit verba ꝓmissa. Unde mihi inquit hoc vt veniat zc. Itaqz p ꝑsenti fmone intendẽtes loqui de beate ꝑginis cõmendatiõe qua eam sctã ista mulier Elizabeth collaudando extulit: tria misteria declarãda ꝓponuntur. fm qõ de his triby eam fore cõmendatã sacri euãgelij textus eloquitur p hac eius visitatiõe gaudiosa.

Primũ õr misteriũ mrnal' significatõis
Scõm õr misteriũ ꝑginalis bñdictiõis.
Tertiũ õr misteriũ ꝑtualis bñficatõis.

Articulus primus de dignitate maternali Marie vbi ostenditur q beata maria virgo vere mater dei appellanda z vnde ac qualibus meritis hoc meruerit. Ca. I.

Primũ misteriũ p dicit maternalis dignificationis. Hac quidem summa dignitate mrnali ipa ꝑgo sacratissima est ĩ hac visitatione honorata et cõmendata a sancta elizabeth cum ait: Unde mihi hoc vt veniat mater dñi mei ad me? Quid nempe maius hac dignitate: quid excellentius hoc honore: quid ve mirabilius z sublimius hac cõmendatione: q ipsa dei z domini omniũ creatoris mater noiaretur z de facto foret zc. Circa quod tria querũtur

Prima questio vtrum beata virgo maria sit vere dei mater z genitrix appellanda. Secũda questio vtrũ ipsa virgo sacra hoc meruerit vt sit mater dei electa.

Tertia questio qualiby bonis ipsa deo tantũ placuerit q foret in matrẽ acceptanda zc. Ad primã questionẽ qua querit Utrum virgo beata sit vere mater z genitrix dei appellanda. Tu bõ posses arguere q nõ duplici rõne. Primo sic. beata virgo nõ est mater christi nisi fm id qõ xpus accepit ab ea. sed non accepit ab ea diuinitatẽ sed tantũ humanitatẽ: ergo nõ debet dici mater dei sed mater homis. Secũdo sic in deo nõ differt deus z diuinitas: imo sunt idem realiter. Sed beata virgo non potest dici mater deitatis: q deitatẽ nõ genuit: ergo non potest dici mater dei. Jn contrariũ est Damascenus tertio libro capitulo duodecimo vbi dicit. Theotocon

ſb ē dei genitricē ꝓncipaliter ⁊ vere ſanctā Mariā predicamus virginē. Vnde ⁊ eccleſia canit. Poſt partum virgo inuiolata permanſiſti dei genitrix intercede pro nobis. Ad queſtionem ergo dicendū ſm Bonauenturam ſuper tertio diſt. iiij. q. vlti. arti. vlti. ⁊ cōcordat Tho. diſt. iiij. eiuſdem tertij ſnie⁊ arti. ij. atcꝫ. tertia pte ſūme. q. xxxv. arti. iiij. ⁊ cōiter omnes doctores. q verba fidem chriſtianam exprimentia debent eſſe ab erroꝛe longinqua ⁊ deuotioni approximantia: maxime illa in quib⁹ eſt ſermo de virgine Maria: que cunctas hereſes ſola interemit in vniuerſo mūdo: veritatem ex ſeipſa concipiendo ⁊ pariendo. Ipſa etiam reconciliationem toti humano generi promeruit: ⁊ ideo erga ipſaz ardere debet omnis chriſtianoꝝ deuotio. Et propterea quia beata virgo illum concepit qui non ſolum eſt homo vel chriſtus propter vnionē: ſed ⁊ deus verus propter eternam generationem. Ideo dei genitrix debet dici vt ex ipſo vocabulo honoꝛetur: ⁊ impietatis erroꝛ extinguatur. qui dixit ſanctam Mariaz concepiſſe hominē nec concedit concepiſſe deum. vt tenet Neſtoꝛius hereticus. Ad primū ergo in contrarium reſpondetur. q beata virgo dicit mater dei nō propter hoc q ipſa genuerit chriſtum ſm diuinā naturam. Sed propter ydiomatum cōmunicationē et miſterij incarnationis expreſſionē et ipſius virginis honorificationē. Exquo enī vna perſona eſt que ſubſiſtit in diuinitate ⁊ humanitate. Ideo nature ſibi cōmunicant ſuas proprietates vt dicit Damaſcenus. Et ponitur exemplum tale ſm Tho. vbi ſupra. Sicut enī dicuntur iudei crucifixiſſe deuz glorie. Quamuis non ſm quod eſt dominus glorie. Ita debet dici virgo mater dei quāuis non ſm diuinitatem genuerit deū

Ad ſecundum argumentū dicitur q deus vt concretum dicitur de perſona deitatis ⁊ ſupponit pro ea. Deitas autē abſtractum ſupponit vel dicitur de natura. ⁊ ſic quāuis deus ⁊ deitas non differunt re: tamen vtiꝫ differunt ſm moduz ſignificandi. Beata ergo maria dicit mater dei: qa eſt mater filij dei: ⁊ per conſequens mater dei veri. non quia ſit mater deitatis: Sed quia perſone habentis deitatem ⁊ humanitatem eſt mater ſm humanitatē. Hec Thom̄. ⁊ Bonauentu. vbi ſupra. Et ad premiſſa cōfirmanda legitur miraculum. quod in concilio quodā dicitur factum vt̄ delicet q cum heretici negarent conſtanter in concilio beatā virginem eſſe dei matrem: ⁊ inſuper dicerent q poſt partuz xp̄i plures filios genuiſſet ex ipſo Joſeph. Ecce angeli ceperunt canere in aere omnib⁹ audientibus iſtum verſiculum Poſt partum virgo inuiolata permanſiſti dei genitrix intercede pro nobis. Vox ab omnib⁹ qui aderant repetitum eſt genibus flexis. Et hereſis damnata extitit ⁊ confuſa. O igitur beata virgo quātus tibi honoꝛ quāta dignitas quanta laus ⁊ gloria hec eſt q tu veri dei genitrix ⁊ mater dei digne predicaris. Exeat quiſq; hereticus ⁊ neget hoc ad ſue damnationis cumulum. Nos aūt fideles cū ſancta eccleſia confitemur et cum beata Elizabeth dicimus vere te eſſe matrē dei. vere genitricē domini creatoꝛis noſtri. O ergo felix o glorioſa virgo intercede pro nobis ⁊c̄.

Capitulum. II.

a Ō ſecundaz queſtionē qua querebatur: vtrum virgo beata meruerit vt ſit in matrē dei electa. ⁊ xp̄s incarnaretur ab ea. Et forte arguis q ſic qa beata virgo fuit puriſſima ⁊ perfectiſſima ac excellētiſſime ſanctitatis: ergo ipſa meruit q chriſtus incarnaretur ab ea ⁊ eſſet mater dei. Et confirmatur quia eccleſia canit de ea: Beata es virgo que dominum meruiſti portare. Et in quadam collecta dicitur: Omnipotens ſempiterne deus qui glorioſe virginis marie corpus et animam vt dignum filij tui habitaculum effici mereretur: cooperante ſpiritu ſancto preparaſti ⁊c̄. Ex quo colligit q beata virgo meruit ⁊ digna fuit chriſtum concipere ⁊c̄. Sed contra eſt Augu. in enchiridion. ⁊ allegatur a magiſtro in tertio ſententiaruz diſt. v. dicens. q modus quo natus eſt chriſtus de Maria inſinuat nobis gratiam dei quā homo nullis precedentibus meritis obtinuit. Et ratio q; quod ca

dit su3 merito nō tenet plene rationē gratuiti. Nam si gratia est ex meritis iam nō est gratia. vt dicit aplus Roma.xi. Sed q filius dei eterni efficiat filius paupercule mulieris ad maximā pertinet gratiam z inextimabilem dignationē. ergo hoc nō meruit ex equo vel iusticia retributionis beata virgo. Ad questionē ergo respondetur fm Bonauentu.dist.iij.tertij.concordat Thom̄.z Petrus aure.ac cōmuniter doctores q meritum est triplex.quoddam est meritū congrui quo peccatoz dicitur sibi gratiā mereri cum ad gratiam se disponit. Aliud est meritū digni quo scilicet vir iustus ozans pro alio meretur exaudiri. Tertiū est meritum cōdigni quo ds ex tanta charitate meretur tantā gloriam

Dico ergo q beata virgo maria concipere filium dei ante incarnationē meruit merito congrui. quoniā pre sua nimia puritate et humilitate et benignitate idonea erat vt efficeret dei mater. Post annūciationē vero postq̄ cōsensit z spiritussanct9 in tanta copiositate gratie in eam descendit ita q nō solum habuit cōgruitatē sz dignitatē: z ex tunc meruit nō soluz merito congruitatis sed dignitatis obumbrari z impregnari virtute altissimi. Sed merito condigni nō potuit mereri cōcipere filiuz dei p eo q hoc excedit omne meritū. Sicue enī dicamus deū fieri hominē: sicue dicamus mulierē fieri matrē dei verunq̄ est supza statū qui debetur creature. z ideo tam hoc q̄ illud fuit benignitatis z gratie. Et pterea sicut dixi q gratiā primā pōt mereri iustus p̄cedente merito dignitatis nō merito ꝓdigni ne ergo pderet rationē gratie sic potest cōcedi q beata virgo nō tantum merito cōgrui sed etiā merito dignitatis meruit ꝓceptionē illam. qa p copiosam gratiā spūssancti ad eā nō solum congrua sed etiā digna fuit. Hec Bonauētu. vbi supza. Ad obiecta dico fm doctores vbi supza. p̄cipue Tho. q nec antiqui patres nec nos nec oēs simul nec beata virgo meruerunt de cōdigno filij dei incarnationē: qa hoc beneficiū est toti humane nature impensum z ipsa incarnatio est reformatiua totius hūane nature. Sed meritum nullius homis preter merituz xp̄i: extendit se ad totā naturam. ergo non cadit sub merito alicui9 homis vel etiā sub merito oīm hoīm: z hoc est de cōdigno preter xp̄m. ꝓpter quod aplus dicebat ad Thimo.ij. Nō ex opibus iusticie q̄ fecim9 nos sed fm suā misericordiam saluos nos fecit. Ex cōgruo tamē meruerūt scī patres incarnationē xp̄i desiderando z expectando. Congruum enī erat vt deus exaudiret eos q̄ ei obediebant. Beata aūt virgo supposita incarnatiōe meruit q p ipsaz fieret nō quidē merito ꝓdigni sz merito cōgrui inquantū decebat vt mater dei esset purissima z pfectissime sanctitatis. Propterea dicit eccl'ia ipsaz meruisse portare dn̄m ie/sum xp̄m. nō quia meruit deū incarnari sz qa meruit ex gratia sibi data illuz puritatis z sanctitatis gradū vt cōgrue z digne posset esse mater dei. Hec Tho.iij.pte.q.j.arti.xi. Ex omib9 istis claret q̄ excellentis sit meriti bta virgo sup oēs sctos que sola ex omnib9 fuit digna portare z cōcipere dn̄m. Sola p̄ omnib9 in matrē dei eligi: sola virgo manēs deū parere: sola toti mūdo salutē afferre zc.

Capitulum.III

Tertia questio incidit p edificatione populi ista videlz. Qualib9 vel quib9 bonis ipsa benedicta virgo placuerit deo in tantū q fozet in matrē ab eo acceptanda. Hoc nempe agnito cognoscere valemus. qualiter ad eius imitationem z nos placere z acceptabiles esse possimus deo. Ad quod breuiter respondetur q licet ipsa bta virgo fuerit plena omnibus bonis z virtutibus: gratijs z donis spiritussancti: Fuerunt tamen in ea quattuoz p̄ncipalia bona quibus deus magis alliciebatur z attrahebatur z quibus ipsa se deo acceptabilissimam reddebat vt deus eam in matrem eligeret: prout ex sacre scripture passib9 colligere valemus ac doctozum catholicozū sententijs accipimus

Primum est bonum summe puritatis. Secundum est bonū profunde humilitatis. Tertiū est bonum firmissime credulitatis. Quartum est bonum excellētissime charitatis. His equidem bonis

ꝛ virtutibꝫ ꝛ nos placere possumus deo

Primū inquaꝫ bonum sūme puritatis multū allicit deum: quia ipse libentissime pascit inter lilia castitatis. Canti. ij. Hec puritas sūme claruit in btā ꝑgine. et ideo deo sūme placuit. ḋa vt scptū est. Sap. vi. Incorruptio ꝓximū facit esse deo. Secūdo bonū hūilitatis multū allicit deū ad inhabitandū. iuxta illō Esa. lvij. Dñs excelsus in sctō habitās ꝛ cū cōtrito ꝛ humili spū vt viuificet spiritū humiliū. Et hec virtus sūme placuit deo in btā ꝑgine ipsa dicēte Luc. i. Respexit humilitatē ancille sue ꝛc. Bern. Audeo inquit dicere ḋa nec ꝑginitas marie placuisset deo sine ei⁹ humilitate. De his duobꝫ bonis marie Leo papa in omelia sup missus ē pulcherrimo dyalogo loquit dicēs: Dic mihi queso sanctaſctō ꝛ mater virginū ꝛ oīa in te sperantiū. dic q̄so ꝙ deū vnica spes ꝛ mater misericordiarū, dña: hoc enī expectant te sequētes ꝑgines: implorant vidue ꝛ mrīmonio degētes vt possint exemplo tuo esse virtuose. Dic ergo dña q̄d boni fecisti quibꝫ suffragijs ꝓmeruisti q̄ sensu quali ope vt sīmul fieres mater ꝛ ꝑgo filia ꝛ sponsa dei Et quē celi capere nō poterāt tuo gremio ꝙcluderes. Dic o dña quō ad tantā dignitatē pueniſti. At illa: queris a me q̄d obtulerim muneris vt mater fierē mei saluatoris. Oblatio mea fuit puritas ꝛ hūilitas. his ꝓmerui vt ꝑgo essez ꝛ mater dñi mei. his cōplacui ꝛc. vñ ptz ꝓpositū. Tertiū bonuz firmissime credulitatis btā Elizabeth teste Luc. i. Beata q̄ credidisti qm̄ ꝙficient in te ꝛc. Augu. Felicior fuit maria fide deū ꝙcipiendo q̄ corpe portando. Et certe nisi credēdo assensū prebuisset nunq̄ xp̄m ꝙcepisset. Hoc aūt bonū fidei quantum alliciat deū ad habitandū in homie ꝛ se ei ꝙdonandū ostendit apl's dicēs: Habitare xp̄m ꝑ fidem in cordibꝫ vr̄is. Eph. iij. Quartū bonū excellētissime charitatis. sine q̄ cetere ꝑtutes nil sūt. i. Corinth. xiij. Hec virtus charitatis quantū allicit ꝛ attrahat deum: saluator testat Johis xiiij. Si q̄s diligit me sermonē meū seruabit ꝛ pater meus diliget eū ꝛ ad eū veniemus ꝛ mansionē apud eū faciemus. Et. i. iohis. iiij. Qui manet in charitate in deo manet ꝛ deus in eo. Hoc sūme fuit in beata ꝑgine adeo vt sup omēs angelos exaltari mereret. Unde ipsa ꝑ sapientē Eccl. xxiiij. dicit: Ego mater pulchre dilectiōis. Et quibꝫ omibꝫ accipe o homo': ḋa ꝑ hec potes te magis ac magis acceptabilē reddere deo ꝛ facere vt deus ꝑ gratiā habitet in te: quiescat ī tuo corde: diligat te foueat ꝛ ꝙseruet ac saluet te. O virgo purissima maria. o virgo humilima. o fide ꝛ charitate plenissima dña. Quis nisi stultus tuas ꝑtutes imitari despiciat: Quis in vnguēntorum tuoꝝ odorem nō currat cū te ꝑ has virtutes: ꝑ hec bona: ꝑ hec sctitatis exempla tantuz deo placuisse videat: vt mater merereris fieri saluatoris: domina orbis: ꝛ regina totius curie celestis. O aīa pec catrix vtinā aduerteres et opam dares te his virtutibꝫ placere deo marie exemplo. Nonne ceca es? nōne stulta es? q̄ sūmope conaris placere mūdo qui te captiuū tradit diabolo ꝛ eternali tormento ꝛ tamē cū multo leuius: multo suauius: multo honestius placere posses xp̄o: qui te remuneraret eterno regno: nō curas: non opam das. O duriſſimū o gelidum o saxeū cor. Cur magis vis seruire diabolo vt tibi soluat tormētis q̄s xp̄o q̄ remuneraret ineffabili ꝛ eterno regno. Noli o aīa noli dormitare agnosce tuā retributionē finalē ꝛ stude exemplo marie placere deo. Expergiscere et noli perire cum diabolo.

Articulus secundus q̄ sancta Elizabeth cōmendauit beatam Mariā in sua virginitate de triplici gr̄a benedictionis diuīe vt patebit infra. Capitulū. I.

Secundū misteriū dicit virginalis benedictionis. Hac quippe benedictione cōmendauit virginez gloriosam Elizabeth in ista visitatiōe cū exclamauit spiritusancto repleta ꝛ ait Benedicta tu inter mulieres et benedictus fructus ventris tui. Luce primo capitulo

Quid ista benedictio importet z de singulis partibus huius sententie vel dicti satis abunde tractauimus li.i.pte.v.arti.ij. ca.v. Et arti.iij.ca.ij. Nihilominus p complemēto sermonis etiā in hoc loco aliqua vtilia tractabim⁹ de ista virginis benedictione. Notanduz ergo q ista sanctissima mulier Elizabeth spūsancto edocta in premissis verbis cōmendat beatā virginē triplici benedictione

Primo benedictione gratie.

Secūdo benedictione glorie.

Tertio benedictione prolis virginee.

Primo cōmendatur btā virgo de benedictiōe gratie. cū dicit Benedicta tu. Nā benedictio dei in p̄senti vita nō est aliud ī re nisi gr̄e infusio. Juxta illud psal. Anima eius ī vita ipsius benedicet. Vita qui ꝑpe anie in presenti est diuina gr̄a. In cui⁹ infusione statim ania iustificat et viuificat. vt volunt doctores sup.iij. sniaz dist.xvij Et sic ille homo in p̄senti dicit bn̄dictus veraciter qui habet dei gr̄am: p quā solaz benedictio diuina adipiscit z adepta possidetur. Unde ꝓuerbi.x. Benedictio dn̄i sup caput iusti. Os aūt impioz operit iniquitas. Hinc est q omēs qui in pctis viuunt: maledicti ī sacra scr̄ptura dicunt. ps. Maledicti qui declināt a mandatis tuis Jte ecci.xli. Ue vobis viri impij q dereliquistis legem altissimi quoniā si nascemī in maledictione estis: Et si moriemini in maledictione erit pars vestra. Proinde a dn̄o iesu omēs mali in extremo iudicio maledicent dicendo. Jte inquit maledicti in ignem eternū. Matth.xxv. Boni vero qui vixerūt in gr̄a dei ecōtrario benedicētur dicēdo. Uenite inquit bn̄dicti patris mei zc. Jtaq; ad ꝓpositum exquo beata virgo fuit summe gratiosa z virtuosa merito pre cūctis dicit bn̄dicta z diuina benedictōe plenissima. Quod luculenti⁹ declarat precipue tripliciter

Primo ex parte anime.

Secūdo ex parte corporis.

Tertio angelicis ꝓbis ex pte vtriusq;.

Primo inquā ex pte anie. Nam si quaras p que vel qualr ania humana ꝓmeretur a deo spēalem benedictionē in p̄senti z in futuro. Rn̄detur q p̄cipue p tria. Juxta illud ps̄. Dn̄s memor fuit nostri z benedixit nobis. Bn̄dixit domui israel. qō interpretat deū videns: scz p fidem veraz xp̄ianam. Ecce primū. sequit. Bn̄dixit domui aaron. qō interpretat Dons fortitudinis scz in cauēdo a pctō z pseuerādo in bono. Ecce scōm. subdit. Benedixit omnibus qui timent dn̄m̄ pusillis cū maioribz. Ecce tertiū scz timor dei z eius obedientia mandatorū. Sed quoniā btā virgo fuit fidelissima atq; purissima z cōstantissima in bono z dei preceptis obtemperantissima pre omīb⁹: ergo maximā ꝓmeruit gratie benedictionē z dulcedinē ī summa plenitudine. Unde Hieron⁹. ī ꝓmone de assumptiōe dicit: Bene salutatur gr̄a plena scz ab angelo. Ceteris enī per ptes marie vero se tota infudit gr̄e plenitudo. et p ꝓsequēs diuine bn̄dictiōis zc. Secūdo ex parte corpis quoniā dicēte Aug. in sermone de Natiuitate vriginis Maledictio eue in bn̄dictionē mutatur marie. Ni mirū maledictio eue z oīm mulierū fuit p̄cipue triplex. Gen.iij. Multiplicabo erumnas tuas. Ecce ꝓma scz erumnosa impregnatio. In dolore pies filios scōa. Sub viri potestate eris tertia. Harū oppositas benedictiōes habuit maria q̄a concepit in mundicia virginali: z sine grauamie fuit grauida: sine dolore puerpera: imo cū maximo gaudio: atq; oīb⁹ viris imo et angelis prelata z dn̄a. Unde et ioseph sponsus eius eidem seruiuit vt domie mundi.

Sed querit vnde ꝓbari potest q beata virgo nullū grauamē habuerit in portando xp̄m cū habuerit corpus ponderosum xp̄us in quo p̄dominat natura terre sicut in alijs homib⁹. Nam z xp̄us itineris fessitudine grauabatur. Rn̄detur sm doctores p̄cipue Alb. sup missus est q ꝓbatur istud multipliciter. Primo ex rōnib⁹. Prima ratio ex pte dei qui portabat se portantem. vt dicit Aug. z sic cōtra cōsuetudinē pregnantiū se fecit leuiorē. Secūda ratio ex pte xp̄i q̄a fuit multū amantissim⁹ virgini. vnde licz virgo sicut etiam ipse xp̄us aliquādo fatigabat z sic grauabat lassitudine corporali tanquā virgo tenerrima

in longo itinere ac laboribꝫ ⁊ seruitijs circa christū necnō penurijs famis ⁊ sitis ⁊c. Tamē pre amoris magnitudine ꝑ nullo ducebat talia. ꝺa vt dic̄ Augu. O mia gra uia ⁊ imania leuia ⁊ ꝓpe nulla facit amor Tertia ratio ex pte matris qꝫ ꝯcepit xp̄m sm statū innocētie ⁊ nō sm statum nature corrupte: imo miraculose in virginitate. ergo sic̄ in statu innocētie nō fuisset grauamen vl̄ dolor in mīe. Ita mater dei debuit euadere maledictōes matrū ⁊c. Scō ꝓbatur exemplis. Nam videmꝫ qꝫ corpus ꝓpriū nō grauat naturaliter. sic̄ nec fructꝫ arbori vnitus. Ita corpus xp̄i qō fuit vnū naturaliter cū corpe mris virginis q̄ ꝯcepit sine alieno semine de ꝓprio purissimo sanguie nō grauauit virginē. Tertio ꝓbatur auctoritatibꝫ ꝺa vt ait Bern̄. et canit ecc̄lia Btā virgo fuit sine grauamine grauida ⁊ sine dolore puerpa. Et ꝫ cōtinetur ex euāgelio. quoniā mox post ꝯceptū ascendit maria in montana cū festinatiōe. Et etiā ex eo qꝫ angelus eā salutādo dixit Aue. i. sine ve sez culpe et pene. Tertio declarat sūma bn̄dictio marie ex ipsis verbis angelicis Hā dixit ei angelꝫ Aue gra plena dn̄s tecū ⁊c. vbi sm Alb̄ sup̄ missus est quadruplex marie excellētia sup̄ omēs exprimit. Primo excellētia nature ⁊ eiꝫ exemptiōis ab oi maledictiōe cū dicit Aue. i. sine ve nature culpe ⁊ pene. Secūdo excellētia gr̄e cū dicit gra plena. Tertio excellētia gl̄ie ꝺa dn̄s tecū. Augu. Nō sicut mecū ꝺa tecū i ventre tecū in mēte. Quarto excellentia ꝓuilegij ⁊ bn̄dictōis diuine bn̄dicta tu ⁊c. et sic patet. Capitl̄m. II

Ecūdo cōmendat btā virgo de benedictiōe ꝑeminētie et precellētis gl̄ie cū dicit Inter ml̄ieres. glo. i. pre oībus ml̄ieribꝫ tu sola singl̄r es benedicta. Ubi notandū qꝫ beatissima ꝺgo bn̄dicta est et ꝑeminet sup̄ oēs angelicos choros: sup̄ oēs sctōs ⁊ sup̄ oēs sctās nō solum gr̄e sed etiā gl̄ie bn̄dictiōe. Primo sup̄ oēs angelicos choros claret inductiue. ꝺa oim ꝑfectiones ⁊ dignitates ac offīcia ipsa sola vniuersal̄r multo felicius haber. Nimirū ꝓmo angelorū est officium nunciare minora. Sed btā virgo toti humano generi nūciauit gr̄am ꝓditam esse ventrā. cū cecinit canticū dicēs: Magnificat ania mea dn̄m. ⁊ in fine Suscepit isra el puerū suū recor. mise. sue. Sicut ⁊c. Itē angelorum officium est anias hoim custodire. Sed btā virgo sūmi hoīs. i. xp̄i q̄ est caput oīs ecc̄lie corpus ⁊ aiam in suo vtero ⁊ gremio portando fouit et custodiuit. Et deniq̄ oim fideliū anias sub alis sue pietatis fouet ⁊ custodit ac ꝓtegit. Unde orat ecc̄lia. Maria mater gr̄e mater misericordie. Tu inquit nos ab hoste ꝓtege et in hora mortis suscipe. Scō archangelorꝫ officiū est maiora dei secreta ⁊ cōsilia scire ⁊ nūciare ꝑcipue incarnatiōis diuine misteriū qō maximū inter cetera secreta est. hoc supiores cognouerūt ꝑ infusam inspiratiōnē. Hedij a supioribꝫ ꝑ illuminatiōnē. Tandē hoies ꝑ angelicā reuelatiōnē ⁊ apl̄oꝝ predicatiōnē. Sed btā virgo ꝫ ꝯgnouit ꝑ expientiā ⁊ certificatiōnē quādo eiꝫ corpus ⁊ aiam deus ipse inhabitauit. Ps̄. In sole. i. in ania ꝺginis q̄ erat sol ꝑ ardentē charitatē. posuit tabernaculū suū. Et ipse tanq̄ sponsus ꝓcedēs de thalamo suo. i. vtero ꝺginali. Tertio officiū virtutū ē miracula facere nō aliq̄d denuo creādo: sed deo misteriū exhibēdo. Sed btā virgo in maxio miraculo misteriū exhibuit qñ ꝯsensū ꝑbuit ⁊ purissimū sanguinē ad xp̄i incarnationē. vt dic̄ Damasce. Quarto potestatū est arcere demones. Sed btā virgo ꝯtriuit caput serpentis. Bern̄. i. Quito ē officiū ꝓncipatuū ꝓuinciꝫ ꝑsidere. Sed btā virgo in oī bus creatis tenet dn̄atū. Ecc̄i. xliij. In oī gente ⁊ in oī ꝓp̄lo primatū tenui. Sexto dominationū est angelis preesse. Sed btā virgo etiā nō soluz angelis sz xp̄o dn̄o angelorꝫ prefuit q̄ erat sbditus illi Luc̄. ij.

Septimo thronorꝫ est vt sup̄ eos deus sedeat ⁊ reqescat ac iudicia exerceat. Sed in btā ꝺgine deus nō tantū sedit sed ⁊ carnem assumpsit: in q̄ carne totū iudicaturꝫ est orbem. Luc̄. xxi. Tūc videbūt filiū hominis venientē in nube ⁊c. Octauo cherubin est plenitudinē sciēdi hīe. Sed btā virgo trāscendit oēm sciam humanā ⁊ angelicā ꝑ expimentalē cognitionē. Ho-

no seraphin est ardere ī charitate dei ⁊ fer uere ī amore. Sed btā ꝑgo sup oēs spūs deū intimi⁹ ⁊ ardenti⁹ amat tanq̄ filium ideo Eccī.xxiiij. Ego mater pulchre dile/ctiōis ⁊c. Ecce claret q⁹ btā ꝑgo ꝓeminet bñdictiōe glie angelis. Scdo dixi q⁹ ꝓe minet ei⁹ bñdictio oīb⁹ scīs prīb⁹ prīar/chis ⁊ ꝓphetis ac q̄buscunq̄. qm̄ vt dicit Damasce. Ipsa a nllo illustriū superari pōt sed excellit ipa cūctos. Producam⁹ indu/ctiue prēs scōs ⁊ cognoscem⁹. Primo quidē adam ⁊ eua habuerūt innocentiā ori ginalē in q̄ creati sūt: sed cito illud ꝑdide/rūt peccādo ⁊ totā posteritatē corruperūt ac maledictōez demeruerūt. Sed btā vir go tantū gr̄e inuenit vt oīb⁹ bñdictionē p/mereret ⁊ mortē cōmutaret in vitā: nunq̄ peccaret: sed ⁊ oīb⁹ petōrib⁹ miscōiaz ipe/traret. Luc.i. Ne timeas maria inuenisti gr̄am apd deū. scz quā totū genus huma/nū ꝑdidit. Scdo abel hanc bñdictionē obtinuit vt ꝑgo essz ⁊ martyr vt dicī Aug. Sed ꝑginitas ei⁹ infecūda fuit ⁊ marty/riū soli sibi ꝓfecit. Btā virgo fecūda ꝑgi/nitate martyriū in passiōe sustinēs oīb⁹ ꝓ/fecit: cū ⁊ oīm aduocata extitit ⁊ ꝓ oīb⁹ im petrare qd vellet meruit: de h̄ ei⁹ martyrio Luc.ij. Tuā ip̄sius aiam ptrāsibit gladi⁹

Tertio enoch in paradisum delitiaꝝ est trāslatus. Sed ī vteꝝ ꝑginis tanq̄ in pa/radisuz trāstulit se ipse deus. Quarto noe a diluuio saluauit octo aīas ⁊ quedā aīa/lia. Sed btā ꝑgo totū mundū gubernat ⁊ ꝓseruat. Vñ Fulgeñ. iij. mithologiaꝝ di/cit. Celū ⁊ terra diu ruissent si nō maria p̄ cibus sustentassz. Quinto melchisedech panem ⁊ vinū obtulit. Btā virgo carnē ⁊ sanguinē xp̄o dedit in q̄ panis ⁊ vinū trās substantiat. Johis.vi. Caro mea vere est cib⁹ ⁊c. Sexto abraam date sūt ꝓmissio/nes ⁊ semini ei⁹. Galath.vi. Sed in ꝑgi/ne iste ꝓmissiōes sūt implete. Luc.i. Su/scepit israel puez ⁊c. Sic locut⁹ est abra.

Septio ysaac ipetrauit sua oīōe ꝓceptū Rebecce. q̄ ꝓcepit gemios. Ex q̄b⁹ duo po puli orti sūt Judaicus ⁊ gētilis. Btā ꝑgo sua būilitate cōcepit xp̄m gemie substan/tie diuine scz ⁊ humane q̄ duos ꝑplos gen tilē ⁊ iudaicū ī vnā fidē collegit. Octa/uo iacob vidit scalam cui⁹ sūmitas celos tangebat ⁊ dñm innixū scale et descendē/tes atq̄ ascēdētes angelos. Btā ꝑgo fuit ip̄a scala cui dñs ē innixus icarnādo. Luc. i. Dñs tecū. Per hāc ascēdūt hoies saluā/di in celuz ⁊ descendūt angeli ad nos illu/minādos. Nono ioseph factus est dñs Egypti ⁊ aluit suos frēs. Sed btā ꝑgo fa cta est dña terre totius ⁊ celi: et pascit nos cibo vite eterne. i. carne ⁊ sanguīe xp̄i de se assumpta. Johis.vi. Qui mādūcat hunc panē viuet ī eternū. Deniq̄ vt breuiter plura ꝓplecter Moyses ⁊ oēs scī ꝓphete hēbant hāc bñdictionē vt deus ei reuela/ret p̄terita p̄sentia ⁊ futura ⁊ maxīe circa filiū dei incarnationē p̄mētia. Oēs q̄z scī p̄res ⁊ ꝓcedētes ⁊ sequētes nō nisi in fide xp̄i saluati sūt vt dic̄ Aug. ⁊ Greg. sed btā maria oīa fidei sacramēta certa expientia in seipa ꝓgnouit cū xp̄m dñm ī vtero por tauit. Omnē etiā gr̄az ꝓphetice illumina tionis plenissime habuit. Vñ ipsa ꝓphera uit de p̄terito cū ait. Fecit potentiā in brā chio suo. ⁊ iterū. Suscepit israel puez suū s. assumēdo humanā naturā ex israel. Itē ꝓphetauit de futuro cū dixit Ecce enī ex h̄ btām me dicēt oēs ⁊c. Et de p̄nti occulto cū dixit Magnificat aīa mea dñm. ⁊ exul tauit spūs me⁹. ecce ptz ꝓpositū. Tertio bñdictio marie p̄cellit bñdictōez oīm san/ctaꝝ mlierꝝ. Nam sara ꝓnunciat scīa ⁊ bñ dicta q̄ in senectute Isaac ꝓcepit miracu/lose deo dāte. scz multomagis maria bñdi/cta q̄ sūmo miraculo ꝑgo ꝓcepit et pepit dei filiū. Itē si iudith bñdicta q⁹ caput holoferni blasphemi inimici dei amputa uit: mlto magis maria q̄ caput serpētz cō/triuit. Itē si bñdicta hester q̄ ꝓplm israel ab occisiōe liberauit. Ampli⁹ maria q̄ totū mūdū saluauit. sic ⁊ de alīs scīs mlieribꝫ Vñ breuit ꝓcludo: ipsa ꝑgo maria meri/to dicta ē bñdicta iter oēs ⁊ sup oēs mlie/res ac creaturas q̄ est oīm regina ⁊ dñamū/di ac mlierꝝ glia q̄ nec ꝓmā sibi vsa ē nec

hīe seqntē vt canit eccl̄ia. Ca.III.

Tertio ꝓmēdat a scīa Eliza. maria bñdictōe, plis ꝑginee cū sbdit ⁊ bñ dictus fructus ventris tui, quo dicto fm magnum Alber. sup missus est significat virginalis cōceptio marie. Propterea nō dixit: Bñdictus filius tuus q̄ est in vtero

tuo. ḋa sic dicēdo carnalē viderek designa re generationē ꝑm hoim cōmunē legez na ture. Sed notanter dixit: Bñdictus fru ctus ventris tui. vt insinuet quia sicut fru ctus ex arboze nascitur z ꝯcipitur sine coz ruptiōe: ita xp̄s ex virgine. Unde Bern̄. Si queras iquit quō xp̄s nasci potuit ex virgine. Rñdeo sicut odoz de floze z fruct⁹ ex arboze sine cozruptōe. Proinde Nume ri. xvij. Christus figuratus est ꝑ flozes et fructus amigdalaz. Ubi legit ꝙ dñs pre cepit moysi vt singule tribus israel singu las virgas afferrent: nomia sua sup ipsas virgas describēdo. z poneret eas moyses in tabernaculo federis dñi: quod cū fecis sent. ecce sequēti die iuēta est virga aaron sicca manēte flozes z gemmas turgentes folia z amigdalas germinasse zc̄. Nimi rum virga ista figurauit mariā que sicca ab omni carnali cōcupiscentia. i. aliena. ꝑ duxit flozem z fructū xp̄m in virginitate.

Et notanter dicit iste fructus amigda larū. ḋa sicut in amigdalis ita in xp̄o sunt tria. Cozter exterioz amara: significat xp̄i carnē amaricatā doloꝛib⁹ passionis. Te sta fortis significat aiam xp̄i fortissimā in omi bono vt frangi nequaq̄ possit. Et nu cleus interioz dulcis significat xp̄i diuini tatē. Deniq̄ sicut amigdala cōfert ho minib⁹ sanitatē. Vulpib⁹ aūt obest i moz tem. vt testat Plinius in naturalib⁹. Sic iste fructus xp̄us hominib⁹. i. rōnabiliter vi uentib⁹ bonis ꝓfert vitā z sanitatē eternā Sed vulpib⁹. i. malis qui partes vulpiuz erūt. i. demonū in futuro. dicēte Ps̄. dabit morte eternā zc̄. Sed q̄stio oziri potest Quare elizabeth nō dixit Bñdictus flos vteri tui vel ventris tui: sed dixit fructus cum etiā flos sicut fructus sine cozruptiōe generatur. z sic sufficienter expressisset vir ginalē conceptū: dicēdo flos z sic melius fuisset dicere eo ꝙ etiā ꝓpheta xp̄m nascen tem de ỽgine flozem nō fructum appella uit. Esaie. xi. Egredietur virga id ē ma ria de radice ỽsse z flos. i. xp̄s de radi. zc̄.

Respondek ꝙ licet bene dicere hoc po tuisset: tamē spūsctūs qui faciebat eam lo qui voluit vt dicat: Fruct⁹ ventris tui. nō flos. Primo quidē vt designetur ꝑfecta xp̄i ꝓceptio in virginis vtero q̄ in instanti ꝓceptionis fuit ꝑfectus deus z homo ꝑm aiam z ꝑm omia organa z mēbra. iuxta il lud Hiere. xxxi. Nouū faciet dñs sup ter ram. femia circundabit virū. i. xp̄m. Uir em̄ ꝑfectionē notat. modo si Elizabeth di xisset. bñdictus flos vteri tui. occasionē er roris habuissent heretici z putassent ꝙ si cut arboz quādo ꝓducit flozes nonduz est parata generatio. eo ꝙ natura tendit tunc ad generationē fructuū z tunc ꝑficitur ge neratio arboris quādo ꝓuenit ad fructuz ꝓducendū. Ita credidissent ꝙ xp̄s nondū tunc fuisset ꝑfectus homo in vtero marie: sed successiue veniret ad ꝑfectionē mēbro ruz ante infusionē aīe sicut cōiter alij ho mines. vt igitur hunc errorē excludat spi ritussctūs voluit dici Benedictus fructus

Secūda ratio vt seruarek cōgruētia hu mane reparatiōis ꝓ similia ꝑm Bern̄. qz sicut homo cecidit ꝓ fructum nō flozem li gni vetiti: ita reparari debuit ꝓ fructum ventris ỽginalis qui appendēdus erat li gno crucis. Tertia ratio vt seruarek sa lutifera xp̄i dulcedo. ḋa fructus solent esse dulces. z in sūmitate arboris sunt dulcio res teste ysaac i dictis. Et vltimo post alia fercula appetunk in mensa cum caseo. eo ꝙ sunt cibi naturales homini: ḋa homo i pa radiso tantūmodo fructib⁹ paradisi z ma tris lacte i pueritia alitus fuisset. Caseus vero de lacte habet fieri. Ecce ergo fruct⁹ dulcedo est appetibilis. Non sic autē est de flozib⁹ ideo vt significek. ḋa ꝓ xp̄m ha bem⁹ frui dulcedine gr̄e in p̄senti z gl̄ie in futuro: merito dictū est Bñdictus fruct⁹ q̄ oz a fruēdo vt dic̄ Januen̄. in catholicon O ḡ bñdictus vere fruct⁹ marie et vt lo quar ỽba Bern̄. dicentis. O vere celestis plāta maria p̄ciosioz cūctz: o vere lignū vi te qō solū fuit dignū portare salutz fructū.

Articulus tertius de cōmendatione virtutū duodecim quibus flozuit maria in visiōne

Tertium misteriū t dicit virtualis beatificatōis z ꝑfectiōis: qua cōmendauit

mariam elizabeth dicens: Beata que credidisti quoniã perficient in te ꝛc. Nota ergo q in visitatiõe ista btã virgo. xij. virtutũ pfectionib tangꝫ. xij. stellis beatificata floruit: quib se nobis in exemplũ imitãdi pbuit. quaꝝ quattuor ptinẽt ad incipientes: ꝛ q̃ttuor ad pficientes: ꝛ q̃ttuor vltime ad perfectos vt cũctos instruat. Primo floruit forma vere pnie. ḋa exurgens abijt in mõtana cũ festinatione. Ipsa enĩ nunq̃ peccauit nec ei op⁹ erat pnĩa. Sed in his ꝑbis nos spũsctus docere voluit vt exsurgam⁹ a vitijs festinemusq̃ ad mõtana virtutũ: intrem⁹ in ciuitatẽ iuda. i. locuz ꝓfessionis: ḋa iudas ꝓfitens interpretat. et in domũ zacharie. qđ interp̃tatur memorãs deũ. Scõo floruit ꝑtute obedientie. ḋa diuĩe inspiratiõi obediuit. ꝛ fm Ly. sponso ioseph honorẽ detulit cuz licentiã ab eo petiuit eũdi. In q̃ docemur obedire deo ꝛ p̃latis. Aplus Omis ania potestatib sup̃ioribꝫ subdita sit. Tertio floruit virtute cõemptus vanitatis mũdane. Quoniã cũ foret regina mũdi: maria nõ ĩ pompa seq̃ꝫ apparatu curruũ et famulorũ sed pedester fortassis cũ aliquib alijs verginib ascendẽtib cũ ea in templũz alia loca deuota visitantib. Et forte pedib nudis vt mos est deuotoꝝ pegrinoꝝ religiosissima trãsiuit. Cris. Qui diues es ñ horreas pauperẽ. Qui paup es accipe ꝓsolationẽ: recognoscẽs pauperẽ ꝑpm pauperẽ eius mrem. Hec ille. Quarto floruit ꝑtute modestie. ḋa paucissima ꝑba legit locuta ꝛ ea ad edificationẽ cũ salutauit Elizabeth: atq̃ ad honorẽ dei cũ canticũ ptulit dei in laudẽ in q̃ repbendit ꝑbositas p̃cipue mulierũ. Denicꝫ q̃ ad pficientes

Quito floruit ꝑtute fortitudis. ḋa tam longaz viã ꝛ asperaz fortiter ptrãsiuit. ḋa vt refertur a fidedignis: a Nazareth vsq̃ ad hierusalẽ sũt. xxxv. miliaria quoꝝ duo faciunt leucã. Et a hierusalẽ in domũ zacharie q̃ttuor vel citra miliaria dicunt. et sic docuit fortiter nos agere in bono ope. ps. Viriliter agite ꝛ ꝓfortet cor ꝛc. Sexto virtute hũilitatis pfunde. ḋa mater dñi venit ad matrẽ serui ꝛ ꝑor salutauit. Ambro. sup lucã dic. Ut quãto castior ꝑgo sit tanto humilior. Si queras q̃ verbo salutauerit. Rñdet Alb. sup missus est q̃ salutatiõe ꝓsueta in vete. testa. Septimo floruit ꝛ fulsit ꝑtute pietatis ꝛ misc̃die cũ ei ad seruiendũ se obtulit vt scz nos doceat imbecilles visitare ꝛ infirmis deseruire. Hinc Ambro. sup lucã. Discite inq̃t scte mulieres sedulitatẽ quã pregnãtib debeatis exhibere cognatis. Et certe mulieres debẽt mrũ hoc opus pietatis exhibere vt seruiãt scz pregnãtib: ḋa maximũ habent thezaurũ ĩ vtero scz aiam rõnalez q̃ ꝓponderat oib corporib mũdi. vt dicit Augu. et sic cauere ne ipsa ania pereat abortiue. Seruiuit añt btã ꝑgo maria elizabeth in omib laboribꝫ ꝓuenietibꝫ ꝛ necessarijs: vt etiã ĩ officio canit eccl̃ia. Maria trib mẽsibus q̃si steterit laboribꝫ elizabeth subdendo. sequit. Cõferebat de angelo ꝛ verborũ misterio q̃ ptulit salutãdo ꝛc. Octauo virtute honestatis. nam ꝑgo verecũde festinauit: ꝓterea vt cito euadere posset publicũ. vñ Ambro. Discite ꝑgines nõ ꝓcurare ꝑ alienas edes: nõ demorari ĩ plateis nec aliq̃s cõmiscere sermones. ḋa maria ĩ domo sera: festina in publico. Hec ille.

Hinc etiã nõ legit maria salutasse ĩnibi zachariã aut alloqui eũ qui ꝑ tũc erat mutus. Nõ enĩ decebat virgineũ pudorẽ: nutrib circa eũ occupari. fm Alb. Denicꝫ quantũ ad pfectos sequit q̃ Nono floruit virgo virtute charitatis: maxĩe ḋa ex charitate maria qua ad deuz scz ferebat ꝛ ex inde ad ꝓximũ mouebat virgo beata vt hec faceret: canẽte eccl̃esia. Decimo floruit virtute puritatis virgĩce ꝓpter q̃ Elizabeth eam matrẽ dñi quã decuit esse purissimã noiauit ꝛ addidit. Perficient in te q̃ dicta sũt tibi a dño scz vt virgo pareres ꝛc. Undecimo floruit virtute gr̃arũ actiõis ꝛ laudis diuĩe: ḋa deũ collaudans ꝛ gr̃as agẽs ait: Magnificat aia mea dominũ ꝛc. In q̃ quidẽ cantico agit deo gratias de tribus. Primo ꝺ bñficio sibi facto cũ dicit: Magnificat aia mea dñm. Et exultauit spũs meus in deo salutari. Quia respexit humilitatẽ ancille sue ꝛc. vsq̃ ibi Fecit mihi magna q̃ potens est ꝛc. Scõo de bñficio toti hũano generi impẽso cũ sb̃dit: Et misc̃dia ei⁹ a ꝓgenie in ꝓgenies timẽtib eũ. Fecit potentiã ꝛc. Tertio de be

neficio specialiter populo israelitico exhi/bito. ibi. Suscepit israel puerum suum: re cordꝛa. ꝛc. In quibus omnibus docemur gratias deo pro eius beneficijs in communi ⁊ in speciali acceptis reddere. Duo/decimo floruit virtute sancte perseueran/tie. qꝛ non statim recessit ab illa sed man/sit quasi tribus mensibus ꝛc. Sicut cla/ret ex sacro euangelio vt doceat nos ad fi/naliter perseuerandum in bono. Quoniã qui perseuerauerit hic saluus erit. Ba/thei. xiiij. capitl'o. Et igitur finem nostro sermoni faciamus

Contemplatio deuota

Cõtemplare ex his p̃missiõib⁹ O aníꝛa deuota o sanguíe xp̃i tincta ⁊ lota. Aspice ocl'o mẽtis ⁊ statue cozã facie tua tria hec seq̃ntia documẽta valde deuota ⁊ ꝯsidera tiões dulciſluas. Primo vide q̃ pie q̃ dulciter q̃ affectuose ⁊ deuote btã ꝝgo ma ria visitat sctãm Elizabeth cognatã. Co/gita qꝛ cũ angelo nũciante virgo bñdicta ꝯcepisset: in mẽte habuit qđ angelus ei di xerat. Ecce inq̃t elizabeth cognata tua ⁊ ipa ꝯcepit filiũ i senectute sua ⁊ h̃ mẽsis ẽ sextus illi ꝛc. Cepit g̃ spũsctõ plena co/gitare qꝛ ille quẽ elizabeth ꝯcepat precur/sor essꝫ filij sui dñi iesu. Cepit spũsctus eã mouere vt iret ad visitandũ ⁊ sctificandũ p̃ suũ filiũ ꝯceptũ ipius elizabeth. Aduer te q̃ hũiliter licentiã petat a suo sponso io seph. qua obtẽta celi regina egredit de ci/uitate ad visitandũ. iter arripit versus hie rusalẽ: vbi deo gr̃as agit adozãs in tẽplo. Inde ceptũ iter ꝯtinuat ad domũ zacha/rie. Cogita o fidelis aníꝛa q̃ hũilime ince dit q̃ deuote capite ĩclinato: oc̃lis defixis versus terram orans ⁊ psallens: religiosa veste ĩdura ⁊ nudis vt credit pedib⁹ pegri nabat vt se ꝯformaret regule quã fili⁹ ei⁹ erat traditur⁹ aplis dicẽs: Nec̃ habẽtes calciamẽta i pedib⁹ vr̃is. O quantũ eius cor io cũdabat cũ dei filiũ i vtero babẽs g̃/dit. nec tñ ex ei⁹ gestatiõe g̃uabat. Credo q̃ p̃ gaudio nec fatigía sentiebat itineris longi: nec aspitatẽ horrebat petrose vie: sꝫ spũsctí ꝝtute ⁊ ꝯsolatiõe plena festinãter ibat ⁊ alacriter. O aía mea si tũc affuisses q̃d fecisses: vtiq̃ cũ lachrymis deuotõis p̃ fusa vestigia pedũ ei⁹ osculata fuisses. To to corde ⁊ itimis viscerib⁹ tuis eructasses Bñdicta tu virgo oĩpotẽtis dei mr̃: ⁊ bñ/dictus fructus tuus ꝛc. Quid plura ve/nit gloriosa virgo ad domum zacharie O elizabeth sancta et senex mulier. Quale somnium in illa nocte p̃cedenti videras: vtrum ne putabas vtrum ne spabas ⁊ ex/pectabas tibi ista die superuenire tales ac tantos hospites. videlicet dei filium chri/stum in vtero gestatum et eius glorioſiſſi/mam virginem matrem: dominam ange/lorum et hominum. O si scires quia ecce virgo benedicta cum dei filio portas do/mus tue ingreditur: pro certo accurreres pro certo obuiares ⁊ prima salutares: ge/nibus flexis eam mancipares ⁊ adorares letaq̃ tantum hospitem susciperes. Sed non est famulus non famula que precur/rat ⁊ tibi noua dicat: prenuncians aduen/tum tanti regis et tante regine. Ecce ego dicam tibi noua optima: surge quia adest regina celi⁊ dominus deus creator omni/um cũ ea. accurre ⁊ obuiãs suscipe leta ꝛc. O q̃ gaudiose precucurrissem si tunc af/fuissem: vt aduentum domine tibi sancta senex prenunciassem. O vere felix ⁊ bea/ta es Elizabeth que meruisti a tantis ho/spitibus visitari. Itaq̃ intrauit domum maria et salutauit elizabeth dicente forta⁊ se illud Thobie. v. Gaudium tibi semper sit senior cognata mea. sanctissima Eliza/beth statim vt audiuit eius salutationem spiritus sancti gratia ex verbis Marie in eam descendens vsq̃ ad eius vterum: cõ/mouit infantem iohannem in vtero. glosa vocem prioꝛ elizabeth audiuit sed iohan/nes prioꝛ gratiam sensit. Inde statim io hannes in vtero sentiens dominum omni potentem adesse in virginali vtero: Exul/tauit ⁊ adorauit: et quem verbo deum esse testificari non poterat: motu exultationis deum adesse testatus est. Dor igitur eli/zabeth repleta est spiritusancto. et genib⁹ prouoluta benedictam virginem manci/pauit. Amplexata est et osculata. O dul/cissima illa oscula marie o elizabeth sensi/sti nevnq̃ maiorem cordis iubilationem: maiorem dulcorem: maiorem anime dele ctationẽ q̃ hac vice. Credo enĩ q̃ anbeli/

tus benedicte virginis p eius sacrū os de interioribꝫ eius: quibꝫ deus habitabat p/gredies ac p̄os elizabeth ingredies totaꝫ eius cordis medullā penetrabat et suauitate diuia replebat: adeo q elizabeth se cōtinere nō potuit. Sed voce magna exclamauit t ꝓphetauit de presenti occulto. i. de christo t virginitate matris ei⁹ t ait: Benedicta tu in mulieribꝫ t benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi vt veniat mater dñi mei ad me? Ecce enī vt facta est vox salutationis tue in auribus meis exultauit ī gaudio infans in vtero meo ꝓphetauit etiā de preterito dicens: Et beata q̄ credidisti scz angelo. subdidit ꝓphetando de futuro dicens: Quoniā ꝓficient in te que dicta sunt tibi a domino. Pensa ergo quanta fuit in corde ꝓphetisse suauitas consolationis: quanta dulcedinis suauitas p presentia marie t eius filij. Tunc ergo maria deo plena non elata p vanam gloriaz: sed in humilitate firmata: deo attribuens omne bonum genibꝫ flexis: t vt pie credo dulcissimis lachrymis irrigata mente et facie serena cepit gratias agere: t laudes deo depromere dicens: Magnificat anima mea dominū: t exultauit spiritus meus. t ad finem vsqꝫ cōpleuit. Tandem mansit ibi tribus mensibus seruitijs elizabeth humiliter se mancipādo t quotidie conferendo de angelo t eius verboꝫ misterio que protulit salutando prout canit ecclesia. Necnon t de eo q virgo concepit t sine grauamine filiuz portaret. Et de christo domino q per eum mundus redimendus esset. Et de his ꝓphetias allegando. Tandem licentia accepta t facta reuerentia atqꝫ benedictiōe relicta: reuersa est ad propria cum humilima deuotiōe

Secundum q̄z documentum ex premissis accipe o anima fidelis: scz documentū virtuose operationis t imitationis: intuere oculo fidei t deuotōis: quātis quibusue virtutib⁹ benedicta virgo floruerit in hac visitatiōe. Vide q̄a asperitatē penitentie non refugit: obedientiā promptā exhibuit paupertatē t mūdi contemptū sectata est. modestiam seruauit: vide quante fortitudinis: quāte honestatis: humilitatis t pietatis fuerit: intuere in ea feruorem charitatis: nitorē puritatis: deuotionē diuine laudis atqꝫ cōstantiam ꝑseuerationis. Et in omibꝫ disce eam imitari: stude ei cōformari vt possis deo. i. filio ei⁹ cōplacere. Tertium deniqꝫ documētū ex premissis omnibus accipe: quanta scz deuotione quanta charitate beate virgini debeas deseruire. vt ex eius gratia t iteruentiōe valeas t tu participem meritorum eius te prebere: ac diuina gratia habundare: t a cunctis malis liberari. Non enī dubiū quin sicut elizabeth per eam repleta est gratia: accius filij⁹ iohes sctificatus et mūdatus ita t tu ipsa intercedēte: poteris a peccato mūdari t liberari ab omni malo. Vt autē magis hoies accēdant ad deuotionē ꝟginis vnum miraculuz propter simpliciores auditores proponam quo hunc sermonē cōcludam. Miraculum Refert anselmus libro miraculoꝝ capit. xxxvij. q quidam miles in ciuitate Narniensi erat qui habebat vxorem pregnantem: habebat et seruientem quendaz ethiopem nigrum et forte etiam in cortina imago fuit ethiopis Propter quod etiam aspectu frequenti et fantasmate generato ī fantasia: generauit t peperit de suo viro legitimo ethiopi similem filiuz nigerrimū. Sicut legitur de ouibꝫ quas pascebat iacob q pariebant p/pter aspectum virgarū illis apositaꝝ colozis videlicet conformis oues. Genesis. xxx. vnde ex hoc maritus summā iracūdiam contra vxorem concepit t remouit eā a se et filium eius. Omnes q̄z amici eam adulteram reputabant: et putabant cum ethiope illo famulo adulterasse. Ista sic cōfusa t eiecta: quadam die iuit cum puero suo ad portuz fluminis. Et multis presentibus viris ac mulierib⁹ clamauit ad beatam virginem: quia nō erat culpabilis in hoc facto. vt ostēderet inde miraculū cuidēs. Seruierat enī duote btē ꝟgini vt putatur. Vnde cū sic fleret amaricata se precipitauit et statim cecidit de portu qui altus erat in flumen. Et ecce beata virgo affuit que eam et puerum eius sanos custodiuit. inuenti sunt in fluminis fundo et extracti. Et ecce puer qui prius erat nigerrimus meritis beate ꝟginis inuētus est albus. Maritus viso tanto miraclo genib⁹

flexis veniã petiit p̃ suspitiõe. Et illa pepcit. sz postea obtenta licẽtia a viro castitatem tenuit ob amorẽ dei z btẽ ꝟginis. Et in bono vitã ducens ad celestia regna btã ꝟgine mediãte puenit. Ecce igit̃ claret ꝙa qui ad bñdictã virginẽ ꝓfugit z ei seruit nõ tantũ a calumnia et morte mala liberat̃: sz z ab ifamia purgat̃ z meritis btẽ ꝟginis gratiam acquirit in presenti z gloriam in futuro. Amen.

Sequit̃ pars scda libri scdi de btẽ virginis iocundatiõe in xp̃i incarnatiõe atq; in suo virginali vtero portatiõe letabunda.

Xultauit spiritus

e meus in deo salutari meo. Luce. i. Verba sũt gliosissime virginis marie quib; insinuat in effabilẽ sui animi iocunditatẽ quã habuit in filij dei ꝓceptõe ac in ei⁹ vteri ꝟginalis habitatõe z gestatõe p̃ hac sacra visitatione. Si nimirũ diligẽter aduertim⁹ charissimi. si intẽto corde ꝓsideramus. vtiq; cõperimus ꝙ hãc festiuitatẽ visitatõis benedicte ꝟginis sic̃ et ceteras ei⁹ festiuitates celeberrimas: sũma deuotõe: sũma cordis z anie exultatiõe excipiẽdo bñdictã virginem sũma laude extollere: eiq; i h̃ ei⁹ gaudio ꝓgratulari debem⁹ z tenemur. Quod ostendo triplici rõe.

Primo ratione obligationis.
Secundo ratione acquisitionis.
Tertio ratione cõformationis.

Primo rõe obligatõis. qz sic̃ dicit btũs Grego. in omel. Quãto crescũt dona tanto etiã rões crescũt donoꝝ. Sed p̃ beataz virginẽ tot z tanta bñficia sũt nobis exhibita. z tam laudita z ineffabilia ꝙ p̃ totã vitã nr̃am si etiã mille ãnis viuerem⁹ z mille linguas h̃em⁹: sufficientes laudes z gratiarũactões reddere ei nõ possem⁹. Quis enī sufficiat ei debitas reddere gr̃as cuz p̃ eã a morte eterna liberati sum⁹: p̃ eã sic nobilitati sic dignificati sum⁹: sup oẽm creaturã vt deũ frẽm habeam⁹: celestes reges effecti sim⁹ z oĩa bona possideam⁹. Et iõ tanto frequẽti⁹ in anno ei⁹ festa sũma deuotiõe celebrare debem⁹: tãto honorificentius ei debuire tenemur: quãto maiori bñficio nos obligauit ad sui famulatũ ne ingrati videamur z rei ꝟcoraz ea iueniamur. Hinc eccl̃ia pl̃ib; vicib; ei⁹ festa frequentat. vt in ei⁹ deuotiõe inardescãt ei⁹ filij z debitũ ei honorẽ sepi⁹ p̃soluãt. ꝓterea dic̃ Hiero. Si mille ora mihi forẽt: si tot lingue ãt in celo stelle resonarẽt nõ tibi o dña ꝺbitas laudes p̃soluere ex eã sufficerẽ. Nõ enī sufficit lingua carnis tuas enarrare ꝟtutes z̃c. Scdo rõe acq̃sitõis. qz ex hoc spealez gr̃am apd̃ ꝟginẽ acq̃rim⁹ si ei⁹ festa deuote p̃colim⁹. Nam in hac visitatõe elizabeth z iohes spealez p̃ ei⁹ hospitationẽ gr̃am acq̃sierũt. Nõ g̃ dubiũ ꝙn z nos acq̃rere possum⁹: z obtinere vt in nr̃o corde hospitet xp̃us ei⁹ filius z sct̃a mater ei⁹ p̃ spealis gr̃e visitationẽ: put in hodierno officio canit̃. Insup ꝙz in hui⁹ festi celebratiõe acq̃rere possum⁹ speales indulgẽtias qm̃ ab Vrbano pa. cũ eisdẽ indulgẽtijs ẽ hoc festũ institutũ sicut festũ corpis xp̃i. et a Bonifa. pa. ꝓsit̃ sic̃ de alijs extant p̃uilegia q̃ legunt̃ i matutinali officio. Tertio rõne ꝓformatiõis. decet enī fuos gaudere i gaudijs dñi sui z ꝓformari ei in volũtate. vñ decẽs est nos ꝙgaudere deo nr̃o z dñe nr̃e ac sctis: adhortante ap̃lo Rom. xij. Gaudete cũ gaudẽtib;. Quia ãt i hac visitatiõe gaudiũ fiebat deo z sctis angel̃ iustisq; oĩb;. Nã gaudebat p̃mo deus ꝙa ei⁹ incarnatio agẽscebat̃ z p̃fitebat̃ ab hoĩbus videlz elizabeth z iohe. Scdo gaudebãt angeli ꝙa iohes in vtero sctificabatur Si enī gaudiũ est angelis sup̃ pctõre conuerso Luc. xv. mltomagis sup̃ iustificato in vtero p̃phetãte iohe p̃ quẽ mlti pctõres erãt puertẽdi. Tertio gaudebat elizabeth z iohes in vtero eius. Quarto gaudebat btã ꝟgo maria vñ z gaudiosũ canticũ cecinit dicẽs: Magnificat anĩa mea dñm z̃c. Debem⁹ igit̃ z nos gaudere in sp̃ũ in deo salutari nr̃o. sic̃ ipa se nobis in exemplũ p̃posuit ꝟbis in p̃missis dicens: Exultauit sp̃ũs meus z̃c. De hac itaq; iocũditate bñdicte ꝟginis loqui intendẽtes tria misteria declarabimus.

Primũ ꝺr misteriũ magnitudinis
Scdm ꝺr misteriũ habitudinis.
Tertiũ ꝺr misteriũ multitudinis.

Articulus primus de magnitudine gaudij Marie qđ habuit in xpi cõceptõe et gestatione in vtero vbi tria querũtur. La I

PRimũ misterũ de gaudijs benedicte ỽgi/nis declarandũ dicit quãtitatis. Circa qđ tria que/runtur. Ex quibus claresci quõ vnũ gaudiũ btẽ virginis alio fuerit maius. Pri ma questio: vtrũ gaudiũ quod habuit btã virgo in filij cõceptione ac gestatiõe fuerit maius omni gaudio: quod habuit totus vite tempe. Ad qđ quesitũ quidaz voluerunt dicere z nisi sunt ꝓbare ꝙ btã virgo sup omia alia gaudia summũ gaudiũ habuerit in christi natiuitate pluribus rationib. Primo ꝺa tũc angelus dixit: Ecce euangelizo vobis gaudiũ magnũ quia natꝰ est nobis hodie saluator Luc. ij. Sicut ḡ natiuitas dñi fuit alijs causa magni gaudij ita z mri. Secũdo qz tũc btã virgo habuit duplicatã ỽlectatiõez z gaudiũ scz videndo xpm vtroq oculo vicz intellectuali z sensuali. In conceptõe em z vteri baiulatõe nõ viderat xpm nisi oculo intellectuali. Bz in natiuitate ꝓmo vidit vtra q visione: sensuali z intellectuali. vñ sicut in celo post resurrectiõem corpoꝝ maius erit hõibus gaudiũ q ante. eo ꝙ pro tunc vterq oculus. s. corpalis z mẽtalis reficietur in visione delectabili hũanitatz z diuinitatis xpi: ita z in btã virgine tpe natiuitatis vterq reficiebaꝭ oculus ergo ꝓ tunc maximũ sup omnia habuit gaudiũ.

Tertio qz btã virgo priꝰ habuit gaudiũ solũ de hoc ꝙ virgo cõcepit. sed in natiuitate habuit insup ꝙ virgo pepit virgo lactauit: z deũ ac dulcissimũ filiũ amplexata est: osculata est: fouit in gremio z nutriuit. Vñ Esa. xxxv. Germinãs germinabit sicut liliũ z exultabit letabũda vt laudãs ergo tũc maximũ habuit gaudiũ. Alij sunt qui arguũt z ꝓbare nituntur ꝙ maximũ gaudiũ habuit sup omia virgo benedicta in xpi resurrectõe. qz tũc ecclesia specialius vtiꝭ canticis exultatõis: canens illud ps. Hec dies quã fecit dñs exultemꝰ et letemur in ea. Et tũc frequẽtat canere alleluia: magis q in alio festo. ergo ꝓ tũc oib z ꝓ ꝙsequẽs etã virgini maius fuit gaudiũ. Item btã virgo plus dilexit filiũ q totũ mundũ z seipam. ḡ plus gauisa fuit de bono filij sui q de bono totiꝰ mũdi. Sed xpus maximũ bonũ ꝙsecutus est in resurrectõe z maximũ tũc habuit gaudiũ quãdo gaudebat cũ corpore glorioso aia et diuinitate. ḡ z dña nostra tũc magis z habuit gaudere. Tertio sũt alij qui arguunt ꝙ maximũ gaudiũ habuit btã virgo in filij ascensione inter omia vite sue gaudia. qz tũc filius habuit maximũ gaudiũ quando oẽm cursum sui opis cõplens reuersus est in celum cũ oñib sanctis summa iocũditate in pallaciũ celeste de exilio huiꝰ mũdi. Vñ ps. Ascẽdit deus in iubilo: ḡ z eius mater ꝓ tunc habuit gaudiuz maximũ. Item qz tunc porta celi z ianua apta ẽ homi et ruina angelica restaurata Deniq tũc maximꝰ honoz filio z mri exhibitus est qñ caro de ỽgine assumpta super omnes angelos ẽ exaltata ad dexterã dei ꝓtis. ḡ tũc maximũ habuit gaudiũ benedicta virgo. Hec omnia z plura argumenta que possent ꝓduci ponit Alb. magnus sup missus est ca. cxcv. z sequentib

Ad q̃stionẽ itaq fm veritatem rñdet fm eundem Alb. ibidẽ ca. cci. sub tali distinctione. ꝙ vnum gaudium beate virginis ad aliud possumus dupliciter comparare. Uno modo fm ꝙ posterius gaudium includit in se ꝓius. z sic nulla est questio nec difficultas in hac re. quia sic ipsa gaudia posteriora ordinantur ad ꝓiora ꝓ additionem. Unde sicut manifestum est ꝙ duo sunt plura q vnum et tria q duo: Ita manifestum est ꝙ gaudia subsequentia cõceptionis gaudium sunt plura. z sic maiora. quia gaudium natiuitatis includit in se gaudium conceptionis z gaudiũ resurrectiõis z gaudiũ natiuitatis z sic cõsequenter. Alio modo vt fiat comparatio per separationem: ita ꝙ posterius gaudiũ accipiaꝭ per se sine intellectu ꝓioris. Et sic dico ꝙ gaudium hoc quod beata virgo habuit in conceptione maius fuit omnib gaudijs vite z vie. z ꝓbatur Primo auctoritate. Secundo ratione. Tertio exem

plari similitudine. Primo inquā auctoritate. ꝺa ipsa i suo cantico gaudiosissimo protestata est hoc cum ait: Exultauit spiritus meus in deo salutari meo. t nullibi alꝫ legitur id de se dixisse vel simile. ergo videtur ꝙ ꝑ tunc maximū sup omia gaudiuꝫ habuerit. Secūdo ꝓbatur rōne. qꝫ gaudiū pensat esse magnū t maius ex dono. Job. iij. Quasi effodientes thezauruꝫ gaudent vehemēter cum inuenerint. ergo ex summo dono summū cōsurgit gaudiū. Sed in cōceptione beata ꝟgo accepit sūmum donū. Dum enī ei deus pater suū filium dedit quō nō cum illo omia donauit vt dicit apl'us. ergo tunc summū gaudiuꝫ habuit. Et ꝓfirmatur. ꝺa tunc cū summo dono incōuertibili accepit causaꝫ t meritum ad omia alia dona necessario cōferenda. Ex hoc quippe ꝑmo dono scꝫ cōceptionis t eius gaudio: omia alia dona sunt ꝓsecuta scꝫ natiuitas resurrectio ascensio. ḡ hoc est maius omīb alīs quoniā causa ꝑstantioꝛ est effectu. vt dicit Auctoꝛ lib. de causis. Aliud exemplū de rege vel episcopo qui causaliter plus gaudet de dignitate ad quā eligit hodie ꝙ de prouentu sequēti i futuro. Ex hꝫ ꝑz ꝙ gaudiū ꝯceptōis simpliciter fuit summū quo ad omia gaudia vite t vie. qꝫ fuit origo t causa oīm aliorum gaudiorū t omia in se clausit causaliter necessario ꝓsequenda. Et ꝙ ꝫ ꝑtz rōsio ad argumenta quib ꝓbabatur oppositum ꝛc. Tertio ostendit t ꝓbatur similitudine tali. Si enī aliꝗs haberet pignꝰ pro centū marcis vel ducatis obligatum. et aliquis daret ei nonaginta marcas vel ducatos ad pignoris solutionē: faciēs ipsi pignoranti cautionē ꝙ tempibus determinatis daret alias decem marcas vel ducatos sibi: ita ꝙ quolibet tempe duas. Dō secunda datio ꝓpinquius t plus disponit ad pignoris solutionē ꝙ ꝑma t tertia plꝰ ꝙ secunda vsq ad quintā: vbi plene solutum est pignus. Et tamē ꝑma datio plus alīs cōtulit dupliciter. tum ꝺa maius dedit: tum quoꝙ ꝺa de alīs dandis securuꝫ fecit. Similiter est in proposito. quādo dominus dedit beate virgini suum filium in vtero vt mater fieret dei: causaꝫ dedit t securitatem ꝙ de ipsa nasceretur et hominē redimeret t tertia die resurgeret. in celū ꝙ ascenderet t homies sanctos illic collocaret: ergo sequitur ꝙ maximū gaudiū in vita tota btē ꝟginis fuit gaudiū cōceptiōis Hec Alb vbi. s. Questio scꝺa Ca. II.

Secunda questio circa quātitatem eius gaudij occurrit talis: Vtruꝫ gaudium cōceptionis fuerit maius nō solum gaudijs vie: sed etiam gaudio assumptionis benedicte virginis: vel econuerso. Arguere potes ꝙ gaudium assumptionis fuerit maius t omib maximū gaudijs in vita habitis: ꝺa in assumptione habuit pfecte gaudiū fruitiōis dīuine benedicta virgo: ante autē nō: t illud est maximū ergo ꝛc. Item gaudium assumptionis nullam patitur secū tristiciam sed omia alia gaudia premissa mixta fuerunt tristicia aliquali. Nam in natiuitate t si virgo gaudebat ꝺa deum genuerat. tamen habuit cōmixtam tristiciā compassionis ꝓpter xpi fletum t vagitum. vt canit eccl'ia. Similiter i resurrectiōe t ascensione aliqualez tristiciā admixtā eius gaudium habuit: ꝺa quādoꝙ subtrahebatur filij sui p̄sentia. ergo gaudiū assumptiōis fuit maius omīb illis. Item quero qꝺ horū sit maius. an esse beatū vel esse mr̄ez dei. Et hoc dico seperando alterū ab altero. Cōstat ꝺa maius est esse beatū. quoniā hoc ꝓtinet ad donū t gaudiū patrie: ꝙ esse matrē dei sine beatitudine patrie. qꝺ ꝓtinet ad statum vie. ergo beata virgo maius accepit donū t gaudiuꝫ in assumptione tanꝙ ꝝm statū ꝓprie ꝙ i ꝯceptōe vl' natiuitate vbi habuit gaudiuꝫ ꝝm statū vie.

Sꝫ ꝓtra q̄ ꝺato ꝺat reliquū t nō ꝯuertit maius est illo. sed ꝺato ꝙ sit dei mater. ꝺatur beatitudo fruitionis saltem causaliter quia quicquid est maius maioꝛ est maius minoꝛe. ij. Thopicoꝝ. Sed maius est esse matrē dei ꝺa dignius. ergo hoc maius omnibus gaudiū. Ad questionē respondetur ꝝm Albertum vbi supra. ꝙ gaudium domine in cōceptione t gaudiū eius in assumptione se habent vt excedentia t excessa: ꝺa gaudiū cōceptionis maius fuit causaliter. Gaudiū vero assumptionis maius fuit actualiter. Nam in conceptione maioꝛ fuit diuine bonitatis ostensio: maioris

doni collatio: maior dilectionis exhibitio: ⁊ hec omnia causaliter. In assumptione vero maior fuit doni collatio maior affectus exaltatio ⁊ deificatio maior cuz dilecto cõiunctio. ⁊ hoc actualiter Et per hoc patet responsio ad obiecta. ꝺa arguũt quod maius fuerit gaudium assumptõis actualiter quod verum est. Attamẽ causaliter maius fuit gaudiũ cõceptionis. quoniam ipsa diuina ꝯceptio fuit ⁊ causa assumptionis de ꝙ securauit et certũ reddidit btãm virginẽ. Et posita illa causa. i. diuina cõceptiõe ponebatur iste effectus. i. assumptio ⁊ glorificatio suo tempore cõferenda. Et sic claret responsio ad questionẽ. Hec Albert⁹ vbi supra ⁊c. videlicz ca. cci. Questio tertia.

Capitulum. III

Tertia questio occurrit. Utrum videlicet in hac cõceptione ⁊ filij dei portatione in vtero maius gaudium habuerit de virginitate ꝓ de cõceptione vel maternitate ⁊c. Et potest argui ꝙ in ỽginitate plus gaudebat: ꝺa hoc est donũ excellentissimũ p quã homo fit sozor angelorũ. v dicit Hiero. Et p virginitate debetur in celesti regno aureola. Non autem p conceptiõe vel maternitate. ergo de virginitate maius gaudiũ habuit Sed ad questionem breuiter respondetur sicut accipitur ab Alexandro de hal. ⁊ Albermagno. ꝙ indicibiliter maius gaudium habuit benedicta virgo de conceptione ⁊ maternitate ꝓ de virginitate ⁊ hoc ostenditur: Primo rõne dignitatis: ꝺa maiorem dignitatez obtinuit per hoc ꝙ est mater ꝓ per hoc ꝙ est virgo. quoniã per hoc ꝙ est mater habet ꝙ sit mater dei. regina celi⁹ domina mundi et omniũ angelorum ac hominum imperatrix ⁊c. Numirũ eius gaudium nõ terminabatur ad solum conceptum vel maternitatem: vt in hoc solo gauderet ꝙ est mater vl ꝙ concepit. Hoc enĩ cõmune est omniũ matrum. Sed referebatur ad id cuius ẽ mater: ⁊ quẽ cõcepit quia videlicet deũ ⁊ creatorem oĩm ꝓpter quod summum in hoc gaudium habuit.

cille sue. Scđo q̄ stella maris respectu
oim alia ꝝ stella ꝑ sita est in sūmo poli: sic
dei mater vt canit eccl̄ia Exaltata ē sup
omnes choros angelo ꝝ: scz t sancto ꝝ ad
celestia regna. Tertio quia t hec stella
habet iuxta se t continet. vij. stellas. Sic
dei mater septiformis gratie plenitudinē
Esa.xi. Egredietur virga de radice yesse:
t requiescet sup eum spiritus dñi tc̄. Jtez
p hoc etiā significat ỹginitas matris dei
vt dicit Alb. sup mis. ē: q̄ nūerus septena
ri⁹ē nūer⁹ ỹgine⁹ teste macrobio. eo q̄ oēs
nūeri infra de eadē vel generant vl̄ gn̄ant
ꝓter septenariū. Quarto quia hec stel/
la habet virtutem attrahendi ferrū t ada
mantē: vt dicit Alkabicius: t patz ad ex/
pientiaz in horalogijs factis de magnete
tc̄. Sic virgo benedicta duros attrahit
peccatores p suā misericordiam: q̄ ipsa ē
mater gr̄e t misericordie. Unde dicit aīa
Cañ.i. Trahe me post te in odorē curre/
mus vnguento ꝝ tuo ꝝ. Quinto q̄ stel/
la maris habet dirigere nautas in mari.
Sic dei mater transmittere habet oēs in
p̄ mari magno t ducere ad portū salutis:
vt dicit Bern̄. Sexto q̄ ista stella ē sta
bilis sine motus errore. Alie aūt saltē mo
tu diurno mouent ad motū octaue spere.
Sic dei mater stabilis sine oīs peccati eti
am venialis errore Lanf.iij. Tota pul/
chra es ami.m. t ma.nō est in te. Septi
mo q̄ ista stella est in ꝑte aquilonari sem/
piterne appitionis t p̄sidentie: p quā tāq̄
p axem mouet totū celū: vt vult auct̄ spe
re materialis. Sic dei mater in sempiter/
nū fulget fulgore gl̄ie t p̄sidet in ciuitate
dei nostri supna: que putat esse in ꝑte aq̄lo
nari. Juxta illud ps̄. Magnus dñs t lau
dabilis nimis: in ciuitate dei nr̄i in mon/
te sancto eius. fundat exultatiōe vniuerse
terre mons syon. Latera aq̄lonis ciuitas
regis magni. Et p cā virginem tota cele/
stis curia t totus mūdus mouet cū ad nu
tū ei obediūt tāq̄ dñe tc̄. Gen̄.xli. Ad tui
oris imperiū cūctus obediet ꝓpls. t sic cla
ret ꝓpositum. Accedat tertius sapiens
vicz Salomon t dicat: Quid ipe spāsctō
senserit de noie virginis matris marie: t
qualiter cōmendauerit. Audite de hoc eū
loquentē Lanf.i.c. Oleū inquit effusum
nomen tuū. ideo adolescētule dilexerūt te
nimis. Et notanter dicit effusuz: q̄ antea
fama nois matris dei erat occulta t latēs
in littera. nunc vero effusa est p totū orbē:
t omnes adolescentule.i. aie sancte fortit̄
diligūt eaz. Ecce ḡ sapiens Salomon cō
mendat nomen marie p oleū. Sed hic vi
deamus quare nomen marie oleo assimi/
lat t p eius cōparationem cōmendat. Ubi
nota q̄ precipue ꝓpter ꝓprietates olei noī
marie ꝙuenientes. Primo quidez: quia
oleum p̄seruat ferrū a rubigine. Ferramē
ta cū nō rubiginant si oleo inunguant: ita
nomē marie duros peccatores ipaz inuo/
cantes p̄seruat a peccato t peccati pericu
lo: quia ipsa est aduocata peccato ꝝ. Unō
Esa.xxviij. Urbs fortitudinis nostre syō.
i. beata virgo. Jtem ps̄. Qm̄ in me spera/
uit liberabo eum: pregam eum qm̄ cogno
uit nomen meū. Secūdo q̄ oleū accen/
dit ignem in ligno: t extinguit in lapide:
vt patz in cemento. sic nomen marie inuo/
catū in cordibus ligneis.i. tractabilibus t
erectis in celum p obediētiam t iusticiā
accendit ignem dīni amoris. Jn lapideis
vero t duris cordibus extinguit eum quo
ardent ignez scz feruoris peccati. De hoc
igne ps̄. Supcecidit ignis scz ꝙcupiscen
tie t nō viderunt solem.i. xp̄m. Hinc ipsa
dicit Eccl̄i.xxiiij. Ego mater pulchre di/
lectionis.i. dīne dilectiōis que est pulchra
t gratiosa: t hoc ad differentiam turpis
dilectionis scz carnalis vel mūdane: quaz
virgo extinguit. Tertio quia oleum est
sapidum t ꝓpingue: ita nomen marie per
deuotionem multū sapit t ipinguat men/
tem. ps̄. Impinguasti in oleo scz gratie et
deuotionis caput meum.i. mentē tc̄. Un̄
Anf. vt allegat a ludol. libro de vita chri
sti parte.ij.c.lxxxvi. dicit. Nil certe vtilius
post deum mēoria matris dei: nihil salu/
brius meditatōe pij amoris quo feruebat
in ꝓtemplatione filij sui. Nihil iocūdius
sapore gaudij eius quo multipliciter pa/
scebat in eodem filio suo. Hec Anf. Ad
id ibidem questio vtilis mouet vicz. Un̄
hoc est q̄ sepe inquit vidimus t audiui/

mus plurimos hoim in suis periculis re/
cordari nois marie. Et illico oñe pericu/
lum euasisse. qui tamē inuocato noie oñi
iesu nō tam velociter aut omnino nō eua
serūt talia pericula. Admirū inquit est q̄
velocior t̄ ꝓmptior est salus nōnumq̄ me/
morato noie marie q̄ inuocato noie iesu.
Et rōnēs dicit q̄ h̄ nō ideo fit vt ipsa vir/
go maria potentior sit aut maior sit chri/
sto. Sed vt inquit dicam qđ sentio: filius
eius christus dñs t̄ iudex est oim discer/
nēs merita singulorū. Dum ergo suo noie
inuocatus nō exaudit iusto iudicio facit.
Inuocato autē noie matris suc: t̄ si meri/
ta inuocantis nō exaudiunt. Merita ma
tris intercedūt vt exaudiat. Hec Anselm.
vbi s̄. Ecce ergo nomen marie potēs Ad
id Bern̄. t̄ allegat in speculo virginis di/
cit sic: Vbi nomē marie noiatur ibi demo
nū nocumentū effugatur: reis venia: egris
medela t̄ pegrinantib⁹ adiutoriū dat. O
igit gloriosum: o cōmendabile nomen t̄ sup
omnia amabile ac venerabile. O suaue t̄
cōfortatiuū nomē maria: nomen oñe mee
t̄ genitricis dei mei. O vtinā sis semp in
corde meo.

Articulus scūs de cognoiationibus dignissimis quibus in scriptura maria noiatur.

Ecūdū misterium

Declarandum dicit dignifice co/
gnoiationis. Vbi nota q̄ bene
dicta virgo in sacra scriptura cognoiatur
dignissimis appellationib⁹ pluribus: ꝑm
pluralitatē sue perfectiōis t̄ virtutis. Pre
cipue tamen. vñ. inueniunt noia dignita/
tis quib⁹ ipsa nō imerito appellat. Prio
nanq̄ appellatur amica vel in suplatiuo
charissima. Vñ Cant. iij. Tota pulchra
es amica mea. Et cap̄. vij. Quāpulchra
es t̄ q̄decora charissima in delitijs. Qua
re autē hoc: plures assignant rationes ꝑm
magistrū Jacobū de voragine in suo ma/
rionali. Prima ratio: quia ipsa est deo su
per omnes dilecta t̄ preeminenter electa.
Sap̄. viij. O mniū dñs dilexit eā. Se/
cūda ratio: quia sup omnes secretos diui/
nos est conscia quod manifeste patz in in/
carnatione. Hoc autē est signū sūme ami
cicie dicēte saluatore Joh. xv. Jā nō dicā
vos seruos sed amicos: quia omnia q̄ au/
diui a patre meo nota feci vob. Tertio
quia deo sup oēm creaturam est familia/
rissima. Cui enī vnq̄ angelorū vel hoim
aut creaturarū ꝓcessum est. vt ꝑ sua volū/
tate deum tonens amplecteret. oscularet:
manib⁹ portaret: t̄ p omnia dilectionis fa
miliaria signa haberet: sicut marie t̄. vñ
dicere potuit illud Cant. ij. Dilectus me
us mihi t̄ ego illi qui pascit inter lilia. s.
castitatis. Quarto quia diuine volun/
tati fuit sūme ꝓformata implens oīa p/
cepta t̄ ꝓsilia christi: qđ etiā est vere ami
cicie signum: qm̄ vt ait saluator Joh. xv.
Vos amici mei estis si feceritis que p̄ci/
pio vob. Hinc ē q̄ vt dicit Tulius. Ami
corū est idem velle t̄ idem nolle. Et certe
benedicte virginis amicicia ad christum
est cōprobata in necessitate. Nā Prouer.
xvij. Frater in angustijs comprobat. Ipsa
autē in omni necessitate christi affuit ad/
iutrix fidelissima etiam vsq̄ ad crucem t̄
mortem christi. Unde Bern̄. in medita.
O virgo bñdicta qđ te adduxit ad mon/
tem caluarie. cur te nō retraxit pudor vir
ginalis: nec loci ipsius feditas prohibuit
nec iudeorū t̄ populorū tumultus retinuit
cur non pertimuisti: cur non horruisti in/
ter latrones in cruce pendētes astare tuo
dilecto filio pendenti in cruce: sed hoc fe/
cit vis amoris quo erga tuum vnigenitū
afficiebaris t̄ attrahebaris: cum quo t̄ si/
mul pati t̄ crucifigi optabas ardenti de/
siderio dilectionis t̄. Secūdo beata
virgo appellatur soror. Cant. iiij. Vulne/
rasti cor meum soror mea. que sunt verba
dei t̄ christi ad eam. Et hoc pluribus ra/
tionibus. Primo quia christus est filius
dei patris per naturaz. Et maria est filia
eiusdem per graciam. Secundo soror
christi est: quia coheres eius: t̄ commu/
nicans cum eo regnum patris. Rom. viij.
Heredes dei coheredes christi. Ter/
tio dicitur soror: quia est soror sanctorum
angelorum per virginitatem. Unde Am
brosius. Virginitas est soror angelorum
decus virtutum: mors criminum. Et hie/
ronymus. Semp ē angelis cognata virgi/

nitas: Ideo angeli dicebant Cant. viij. Quid faciemus sorori nostre in die quando alloquenda est scz p angelum in annūciatione. Quarto dicit soror populi christiani: tum p naturā: quia est filia ade. tū p gre principationē: qz est filia ecclie z membrū christi. O aia xpiana si aduerteres q̄ta tibi est gīa hre sororē talē que est regina angelorū: domina mūdi: mater dei zc.

Tertio beata ỽgo appellatur filia. ps. Audi filia z vide z inclina aurem zc. Audi inquit scz ea que dicenda sunt tibi ab angelo vt possis credere: quia fides ex auditu. Ro. x. Et vide. i. experire scripturas pphetaꝝ que in te habent compleri. Et inclina aurem tuā p obedientiā vt cōcipere possis filiū dei. Et obliuiscere ppm tuū z domū pa. t. i. ptemne oēm mundanū affectum p christo: vt xpm lucrifacias. z sic faciens concupiscet rex. i. deus decorem tuum i. castitatis tue nitorem Dicit aūt ipsa filia dei. tū quia eius creatura: tum quia a deo paterna sollicitudine est custodita sic filia charissima. Vñ Cant. vij. Quāpulchra es filia pncipis. i. dei: tum quia deus patrem imitata. Vñ apl̄us hortat oēs ad hanc filiationem dicens: Imitatores dei estote sicut filij charissimi. Ephe. v.

Quarto notatur sponsa. Cant. iiij. Veni de libano sponsa veni coronaberis. Dicit aūt sponsa christi fm eius diuinitatē: qz fm humanitatē est ei⁹ mater z genitrix Et merito dicit sponsa: quia christo est p fidem z dilectionem cōiuncta. Et quia ps sui sanguinis purissimi est indissolubiliter diuinitati copulata in christo. Ideo Sap. viij. Hanc amaui z quesiui eam mihi accipere in sponsam. Quinto cognoscatur virgo Luc. i. Missus est gabriel angelus ad virginem. et hoc merito: quia ipsa est virgo virginuz: vt libro octauo patebit latius. Sexto notatur mulier Joh. xix. Mulier ecce filius tuus. Nec obstat q̄ ipsa fuit z est virgo īmaculata: quia etiam virgo dicitur mulier nō pter corruptionem sed pter sexus femine conditiōz: vt patet Gen. iij. vbi Eua vocatur mulier in statu innocentie cū nondum fuit corrupta sed virgo intacta. Edificauit inquit dñs costam in mulierem. Merito aūt dicitur beata virgo mulier: qz mulier dr q̄si molliens berum. i. dñm. Ipsa nāq̄ emolliuit deū z placauit vel mitigauit: vt q̄ añ erat tā durus z iratus generi hūano q̄ omnes homines detrudebat in infernū. pterea Job xxx. in psona generis hūani dr. Mutatus es mihi in crudelē z in duritia manꝰ tue aduersaris mihi Hūc p ỽginē benedictā est eius furor mitigatus. vñ in natiuitate angeli cecinerūt: Et in terra pax hoīb⁹ Luc. ij. Hinc xps multo crebrius in euangelio se appellat filiū hois. i. beate ỽginis q̄ filiū dei: qz emollitus est p eā: z in h̄ cōmendat nobis suā imensam misericordiā qua dignatus est fieri hō p nobis. Item beata virgo in tantū emolliuit cum vt nr̄os defectus susc̄ipere dignaret qui tñ in diuinitate defectū pati nō poterat vt p nobis deꝰ impassibilis pateret fameſceret z sitiret fatigaret z moreret. O mirabilis z maxima emollitio. Idcirco ipa bn̄ significat p ỽginē que ferocissimū rinocerontē emollit et in sinu suo dormire facit. z sic vnculat capit z occidit. Item in tantū virgo emolliuit deuz vt nunc maiora pcā patienter tolleret q̄ q̄ndā minora durissime vindicabat Constat em̄ q̄ multo grauius offendunt moderni sodomite q̄ antiqui: q̄m nunc in xpo hūana caro sūmā hz dignitatē. vñ maior iniuria fit nunc xpo a sodomitis q̄ ante incarnationē: z etiā ab oīb⁹ luxuriosis. z tñ nunc deus patienter expectat qui ante durissime eos submersit. Quare hoc nisi quia deus est p ỽginē mitigatus: imo vt dicit Fulgē. iij. Dicho. Dudū inquit celū z terra ruissent si non maria pcib⁹ sustentassent. Vñ merito brā ỽgo dr mulier p anthonomasiā. i. molliens berū vel berem. i. christum dñm. Hinc Prouerb. vlti. Mulierē fortē q̄s inueniet: qz ex oīb⁹ ista sola extitit fortissima: etiā sup deo prātem hn̄s pter qō subdit: pcul z de vltimis finibus pcium eius. pcul inq̄ quia pcium virginitatis nō est de terra sed de celo: q̄m vt dicit hiero. Virginitas vita ē celestis. Et de vltimis finibus: quia de cōiunctiōe dei z hominis qui sunt vltimi fines zc.

Septimo notatur regina. Unde ps. Astitit regina a dextris tuis in vest. deau. Sed orit questi. Unde vel quare dicatur

dei mater esse regina cū ipsa fuerit puella paupercula. Nam ⁊ in tēpe sui partus in loco pauperrimo vicz in stabulo peperit. Et in tempe sue purificationis pauperuz oblationē habuit. scz duos pullos colūbarum aut par turturū: quod erat pauperū: vt patet Leuit. xij. ⁊ Luc. ij. Item pauperrimaz vestem habuit: ⁊ christum vilibus pannis vt moris est pauperū inuoluit: vt canit ecclia. Virum igitur quō regium nomen ⁊ dignitatem habuerit: maxime cum nec eius pater videlicz Joachim rex fuerit alicuius regni: nec eius mater: vicz anna fuerit regina alicuius regni: vt patz ex hystoriis Ad hec respondet fm Jacobum de voragine in suo marionali q̄ beatissima virgo maria licet fuerit pauperrima ⁊ hoc voluntaria paupertate omnia terrena abdicando ⁊ solum deum sibi in thesaurū poptatum eligendo: quatenus impleret illud scriptum consilium: Si vis perfectus esse vade ⁊ vende oīa que habes ⁊ da paupibus ⁊ veni sequere me. Matt. xix. Nihilominus tamen ipsa fuit vere regina p̄ alijs excellentissima pluribus rōnibus. Primo q̄dem ꝓpter gentelam regiam: Quia vt canit ecclesia. Regali ex p̄genie maria exorta refulget: vicz ex progenie dauid ⁊c. Secūdo ꝓpter vnctionem regiam. Si em̄ quem hō vnxit in regem rex dicit. vt patz in veteri testamento de regibus israel quos ꝓphete vngebant multofortius virginem quā vnxit deus ipe regia vnctione p̄ omnibus reginam p̄dicamus. Unde de ea ps. Unxit te deus. scz per creationem. deus tuus per incarnationem. oleo letricie. quo spūsancti gratia accipit quia ex vtero matris plena fuit. p̄ cōsortibus tuis. i. pre omnibus mulieribus.

Tertio ꝓpter desponsationē regiā: quia a rege Regē rēo desponsata est vt patuit supra. Quarto ꝓpter dotationem regiaz quia deus oīm rex gl'iam ⁊ gratiam: imo totum regnum celeste cum omnibus p̄rinentijs suis dotis loco ei ꝓtulit: vt dicere possit illud Gen. xxx. Dotauit me deꝰ dote bona. Quinto ꝓpter p̄figurationē regiam: quia p reginas est p̄figurata. scz p reginam Sabba. iij. Regū. x. Que omnia que a rege Salomone petijt optinuit. Et etiam p̄figuratur per reginā Hester: quā Assuerus quod interpretatur beatitudinis dom⁹ adamauit ⁊ posuit dyadema regni in capite suo Hester. ij. Sexto ꝓpter dignificationem ⁊ potestatem regiā: quia ipsam tanq̄ reginam exaltauit deus sup totam curiam angelor̄ ⁊ hominū: ⁊ vt dicit Bern. Data est potestas in celo ⁊ in terra tanq̄ regine. Septimo ꝓpter coronationem regiam: quia coronata est ⁊ introniſata in sui assumptione in celum corona regia. De qua Apocal. xij. Mulier amicta sole: ⁊ luna sub pedibus eius: ⁊ in capite corona. xij. stellaz. Circa hoc accidiamus vnum miraculuz: quod refert discipulus in pmptuario suo: exemplo. xxi. dicens. Miraculū. Ō in quodā cenobio erat quidā frater noie hieronimus pictor optimus qui assuetus erat Marie imaginem omni studio virtutis decorare ⁊ corona regia tanq̄ excellentissimā reginā depingere ⁊ describere: ⁊ diaboli imaginem turpissimā figurare. Ō diabolus dolens cepit eum stimulare vehementissime accendens luxurie libidine ⁊ importunis cogitationibus agitare. Tunc quadā vice vt se vindicaret diabolus: apparuit ei in specie mulieris pulcherrime allictēdo ad crimen. Cui cum ꝓsensum voluisset p̄bere: dixit ei diabolus: Tu es sacrista huius ecclesie. Accipe q̄ huiꝰ ecclesie thesauros ⁊ vasa auri ⁊ argēti ⁊ frange ea ⁊ oia in sacco ponens sequere me ⁊ in domo mea mecum eris nullo sciente diu gauisurus. Cūq̄ talia cepisset operari: cepit diabolꝰ vociferare dicens: Currite dñi currite dñi quia hieronimus depdatur thesauros ecclesie. Accurrentes cōpererūt hieronimū fregisse plura vasa aurea ⁊ in saculū posuisse ⁊ admirati interrogarūt cur hec fecisset: ille primescens obmutuit: at illi q̄ fero erat: ligauerunt eum ad colūnam volentes mane eū punire. Tunc diabolus ipsi ligato illudebat dicens: Nonne tu es qui semp me depingebas deformē: ⁊ illaz mariam pulcherrimā faciebas. Adiuuet te illa regina quā decorabas nunc si valet ⁊c. Recordatus itaq̄ hieronimus miserationis genitricis de toto corde cepit eā invocare vt in tanto periculo dignaretur si-

bi succurrere. Tūc ipsa pietatis mater apparuit et ei ait: Confortare hieronyme et dimicos caue astutias diaboli. En q̄ seruiste mihi nō deserā te in istis tribulatōibus. Et mox p angelū apprehenso diabolo ille ligauit eū ad colūnā hieronimo soluto. et ille grās egit hieronimus: igitur amonitus a dña: pulsauit hora competenti ad matutinū: et accensis lampadibus steterūt in choro vbi ꝓsueuerat fratribꝫ ipm intuentibus mirati sunt oēs: et viderūt in columnā ligatū quēdaz et magis ceperūt mirari. Conspexerūt thesauros ecclesie z inuenerūt omnia vasa solida et integra operante beata virgine. Vnde stupore pcussi facto capitulo ligatū illum interrogarūt et cognouerūt esse demonē quē exsoluentes pmaxime verberauerūt. et sic ille stridens et clamans aufugit. Deniq̄ hieronimus confessus scelus suū narrauit quō p misericordiā marie virginis fuisset liberatus. et oīs audientes laudes deo z virgini benedicte, pclamarūt. O igitur aīa fidelis vide q̄ bonū sit virginem benedictā inuocare: eiq̄ deseruire. O supbñdicta ỹgo dei mater charissima. Sponsa: soror z filia. O virgo ỹginū misericordissima q̄ a regina excellentissima ac dña oīm creaturaꝝ p illum piū iesum q̄ te elegit: p illū tuū dulcē natum: p eius amorem sanctissimū: te depcamur vt in hui⁹ mūdi naufragio ꝓtra omnes demonū insultus succurrere nobis digneris zc.

Articulus tertius q̄ nomē beate marie. xij. honoꝝ dignitatibus ē sublimatum.

TErtiū misterium in hac pte declarandū ō: honorifice vel priuilegiate sublimationis. Vbi notandū q̄ nomen benedicte ỹginis marie ad nūer. xij. stellarum. xij. ꝑuileginꝝ honorib⁹ extat sublimatū glorioſiſſime: que in tres quaternarios diuidi pñt.

Primo q̄dez: q̄ nomen marie est ab eterno ꝓsecratū z pelectum vt esset nomen genitricis dei. Iuxta illud Prouer. viij. Ab eterno ordinata sum z ex antiquis antequā terra fieret. Sicut nanq̄ vt dicit Bern. in sermone Dulce nomē iesus ab eterno est ꝓsecratū vt sit nomen filij dei. Sic dulce nomen maria ab eterno p̄electū z ꝓsecratū est vt sit dignū nomē matris dei. Ideo ps. A seculo nomen tuū. Secūdo: quia in libro vite ante alia noīa z pre alijs scriptum. Cum enim vt saluator noster testatur omniū electoꝝ noīa scripta sint in libro vite. Vnde ait Luc. x. Gaudete z exultate quia noīa vestra scripta sūt in celis. Et quia dei mater inter omnes electos ꝑmanū tenet: z p omnibus est electa. Iuxta q̄d canit: Elegit eam deus z pelegit eā. Igit post nomen iesu honorificentissime in ꝓncipio libri vite nomen marie est scriptum vt dicere possit illud. ps. In ꝓncipio libri scriptū est de me vt faciā volū. t. deus me⁹ volui: z le. t. in medio cordis mei. Tertio quia a ꝓncipio mūdi p̄figuratū z variis modis cōmendatū: vt ptz p totū passum veteris testamenti. Vbi aduertendū q̄ sicut dicit magister Leo. in sermone de natiuitate virginis. Nomen marie ex ḥn q̄ hris est cōpositū ad significandū q̄ ipa est p̄cipue p̄figurata p. v. dñas veteris testamenti. ex quaꝝ noibus acceptis ꝑmisitteris z ꝓiunctis nomen marie resultat. Primo nāq̄ p. M. significatur q̄ ipsa p̄figurata est p michol que fuit sponsa dauid regis quā dauid intantū amauit q̄ cū diu fuisset extra regnum iudeoꝝ noluit intrare regnū nisi ꝑius esset sibi michol p̄sentata. i. Regū. vlt. Sic btā ỹgo. Interpratat michol pietas: z ipa fuit pietate plena Et certe ipsa tantū placuit deo q̄ cum eēt extra. scz in celo: noluit ingredi in hūc mūdum nisi ꝑius beata virgo nasceretur zc.

Secūdo a denotat abigail que placauit dauid ne occideret nabal. i. Regum. xxv. Sic beata virgo placauit nobis deū sua hūilitate: z nunc etiā quotidie placat sua intercessiōe: ne occidat peccatores eterna morte. Tertio p r denotatur q̄ ipsam figurauit rachel que genuit Joseph qui vocatus est a pharaone lingua egyptiaca saluator mūdi. Gen. xli. Sic beata virgo genuit verum saluatorem mundi: christum deum nostrum. Quarto per i significat Judith q̄ virtute castitatis occidit holo-

fernem. Judith.xiij. Sic beata ẏgo virtu re ſue virginitatis lucipeꝝ occidit. Juxta illud Geñ.iij. Ipſa conteret caput tuum.

Quinto p a denotaꝝ Abyſaach q̄ fuit electa ſuper omnes filias hieruſalem tan/ q̄ pulchrior ad ſeruiendū z miniſtranduz regi dauid.iij. Regum.i. Sic beata virgo fuit electa ſuper omnes mulieres ad mini ſtrandū regi celeſti Eccli.xxiiij. In hab/ itatione ſancta coram ipſo miniſtraui.

Quartum ꝓuilegium vel honoris glo/ ria eſt q nomen marie eſt ab angelo Ga/ briele p̄nunciatū. Hoc nāq tenēt katho/ lici doctores q nomen marie angelus ga briel p̄nunciauerit eius gentibus q eam videlicet hoc noīe vocare deberent. Et p/ batur a maiori arguendo: Quia ſi nomē Johis baptiſte angelus gabriel p̄nuncia uit Luc.i. multofor̄ id de matre dñi ſen tiendum eſt. Et hoc idem teſtatur Hie/ ronimus de vita marie ſcribens q ange/ lus apparuit eius parentibus p̄cipiens q eam mariam noīarent. Et ſic patz ꝓmus quaternarius. Quintū: quia fidelibus ē amoroſiſſimū vel affectuoſiſſimū: q̄m vt ſcribitur Eſa.xxvi. Nomen tuū z memo/ riale tuū in deſiderio anime. Et nota q debemus erga nomen marie affici p ſpiri tualem dilectiōem: quia ex hoc triplex bo nū ꝓſequemur. Primo cordis exhilaratio nem z delectationem. Unde ſm litteram hebraicam dicit ps̄ Lerabunt omes qui diligūt nomen tuū z̄c. Berñ. O beata ma ria tu nec noīari potes q̄n recrees: nec co/ gitari q̄n tecum ſit affectus diligentiū te.

Secūdo internam vel ſpiritualem paci ficatiōnē. ps̄. ſm aliam litteram pax mul/ ta diligentibus nomen tuum. Tertio eternā z celeſtem gl̄iationem. ps̄. Gloria bunt omnes qui diligūt nomen tuū. Glo riabunt. ſcz in celeſti patria: quia vt dicit in ps̄. Qui diligunt nomen eius habita/ būt in ea. Sextū ꝓuilegiū noīs marie: quia demonib est formidabiliſſimū: q̄m vt ſcribit Can̄. vi. Terribilis ē maria vt caſtrorū acies ordinata. Que verba tra/ ctans Grego dicit: Non tantū timent ho ſtes inuiſibiles quālibet caſtroꝝ aciem ſi cut mariā dei matrē. De hoc latius ſupra ꝓte ꝓma arti.iij. valitate. v. Hoc ſolū hic addo qd̄ refert vbertinus lumbardus in tractatu de noīe ieſu q vicz cū quedā mu lier a demone incubo vexaretur nec pote/ rat aliquo remedio liberari: venit ad btm̄ Eymūdū petere ꝓſiliū: q̄ dixit ei accipe ẏgam z ex vna pte facias ſcribi nomē ieſu: z ex alia nomē beate ẏginis z cū demon ad te more ſolito venit p̄cutias euz dicta ẏga q̄ facto liberata eſt. Itē legit in vita ſancti Anthonij paduani q cū demon vo luiſſet cū dormiente ſtrāgulare cepit noīa re ſctūs ipſe marīā: z ſtatim circūfuſo lūi/ ne in cella demō ꝓfuſus aufugit z̄c. Se primū ꝓuilegium: quia nomē marie ē cun ctis hominib venerabiliſſimū: vt iam im pletū ſit illud Luc.i. Ecce em̄ ex hoc bea/ tā me dicent om̄s generatōes. Adeo nāq venerabile ē nomen marie in mūdo q eti/ am apud infideles reuerēt: vt patz in lege Machometi: z etiam apud quoſdam iu/ deos: de quibus vide s̄. lib. ij. parte. iij. ar/ ti. ij. circa ſtellam q̄rtam. Et quidem me/ rito nomen marie ab oīb veneraī: quia res ſacra digna eſt veneratōe. ſed eius no men eſt ab eterno ꝓſecratū: vt patuit ſup: igit z̄c. Quod ſi queras quō debeas ve/ nerari hoc nomen pīū marie: dico q tripli citer. Primo in corde deuotius diligen/ do. Secūdo in ore venerabiliter p̄nun/ ciando z benedicendo non ſicut heu mul ti faciūt q̄ periurant in noīe marie vel ma ledicunt inimicis: aut vituperando blaſ/ phemant. Cōtra quos Leuit.xxiiij. Qui blaſphemauerit nomen meum morte mo riatur. Tertio quoq venerari debet ge/ nuflexione z ſacri cultus exhibitione ſepi/ us eam ſalutando. Unde ps̄. Adorabo ad templum ſanctum tuum. i. virginem matrem tuam que dicitur templū dei z ſa crarium ſpiritusſancti. Et confitebor noī tuo: ſcilicet collaudando. Taliter nanq eam venerantibus obuiabit ipa quaſi ma ter honorificata: honorificando eos in ce/ leſti gloria: vt ſcriptū eſt Eccli.xv. Et ex altabit illos apud ꝓtinos. i. ſctōs dei z̄c.

Octauū ꝓuilegiū: quia hoc nomen eſt omnib inuocantib virtuoſiſſimū q̄m mi rabilem virtutē habet ſubueniēdi in om̄i neceſſitate z in omni piculo atq in omni oīonis ꝓpetratione. Unde Berñ. Sileat

miſericordiā tuā O benigniſſima maria q̄ te in ſuis neceſſitatib⁹ inuocatā meminit ſibi auxilium defuiſſe. Propterea nāc eccleſia nomen marie apposuit in ſalutatōe angelica: q̄renus p eius inuocationē magis ſortiat oratio effectū. O peccator.o quiſq̄s es deuotus virgini marie ꝓſidera virtutem nois eius: z gaude tenere hāc p̄ciosam margaritam in burſa cordis tui recōditā: q̄ nullus lapis p̄cioſus: nulla gēma tāre eſt ꝓtutis. Currant alij p queſtu mūdi. Aggregent lapides p̄cioſos: quoꝝ virtutibus gl̄ient. Nam ſm phos alij valent in periculis p̄ſeruandis. alij eoꝝ in fauorib⁹ acquirendis. alij in inimicicijs ſedandis Alij in p̄ſperitatib⁹ ꝓſequendis. Valeāt vel forte nō vere ad ea valeant hoc ſolum ꝓſulo. hoc ſolū ꝓbono acquirite. O oēs auari.o oīs mūdani. Acquirite hūc vnū lapidem p̄cioſum. recondite in archa cordis: h̄ nomen gl̄ioſum triū ſillabaꝝ Maria. Et eritis ſecuri in omni periculo. habebitis auxiliū in oīni neceſſitate z angustia z p̄ſperitatem in oīni ſalubri optato. Nil enim eſt mali quod nō remoueat. Nil boni q̄d nō obtineat z̄c. Nonū p̄uilegium quia hoc nomen eſt fūme ꝓfortatiuum ſi homo aduertat: q̄ nullus ſperauit in ea z ꝓfuſus eſt nullus inuocare potuit ſic: vt derelictus ſit dūmodo bene inuocauerit. Juxta illud Eſa.xx. Quis ambulauit in tenebris z̄h̄o: eſt lumen ei.i. maria in auxilium. q.d. nullus. Vñ oīs bō in ea ſpem ponere habet: q̄ vt canit eccl̄ia. Ipſa ē regina miſericordie vita dulcedo z ſpes noſtra. Et ipſa eſt mater gratie z mater miſericordie q̄ ab hoſte pregit: in hora mortis ſuſcipit. O tu q̄ times a periculo dānationis: recordare huius nois: quia maria maris ſtella interp̄tat. Si maris ſtella. ḡ ad portū ſaluris deducens in h̄ mari magno z ſpacioſo z̄c. Hinc Bern. O hō ſecurū habes acceſſum ad deum vbi mater ſtat p te ante filium: z filius ante patrem. Filius oſtendit p̄ri latus z vulnera. Mater oſtendit filio pectus z vbera: nulla poterit eē repulſa: vbi tot ꝓcurrūt amoris ſignia. An nō ergo confortaris quotiens nois eius recordaris. Dicit idem Bern. de noie ieſu: q̄d z de noie marie accipe valemus. Hinc ꝓpha dauid ait: Sperent in te q̄ nouerūt nomen tuū. Decimū p̄uilegium: quia nomen ſ marie eſt gratioſiſſimū. Interp̄tat eē maria illūinatrix. ſcz lūine gratie: et ꝓfecto nomen marie gratioſum eſt: q̄ ipſa beata virgo eſt mr̄ gr̄e.

Nota aūt q̄ ſm. v. l̄ras huius nois maria q̄ntuplicem gr̄az peccatores ꝓſequūt p hoc nomen: q̄s q̄dē gr̄as h̄ nomen ſignificare videt. Prima l̄ra m denotat miſeri cordiā diuinā. Secūda a denotat amorē ſupnoꝝ et eius accenſionē. Tertia r ſignificat remiſſionē p̄cōꝝ. Quarta l̄ra i denotat illūinationē ex infuſione iuſtificantis gratie. Quinta l̄ra a denotat acquiſitionē vicz meritorum z p̄mioꝝ. Hinc Bern. in ſmone: Si criminis imanitate turbatus: ſi ꝓſcientie feditate ꝓfuſus: ſi iudicij horore p̄territus: ſi barratro deſperationis abſorptus: Mariā cogita: mariam inuoca: Et ſic in temetipo expiri poteris. q̄ merito dictus ſit nomen virginis maria. Hec ille. Undecima p̄rogatiua nois marie eſt: quia eſt nomen dulciſſimū. Unde canit eccl̄ia: Salue regina miſericordie vita dulcedo et ſpes noſtra. vñ quia ipſa eſt clemēciſſima regina: vita ſpes et dulcedo noſtra. ſequit q̄ nomē eius eſt dulciſſimū Nimiꝝ ex noie marie niſi aſſit impedimē tū in hoie: tanta dulcedo cordi deuoto infundit: q̄ mentis affectum magis ac magis afficit nec ſaciari poteſt p̄e deſiderio: q̄d teſtatur Eccl̄iaſtic⁹ ca. xxiiij. dicēs in p̄ſona eius. Spūs inquit meus ſuper mel dulcis: z hereditas mea ſuper mel z fauū: memoria mea in gn̄atiōes ſeculoꝝ. Qui edunt me adhuc eſurient. ſcilicet p̄e deſiderio Eſa.xxvi. Nomen tuū in deſiderio aie. Nota aūt q̄ nomen marie dulcorem īfert. Primo viſui. ps. Letificabis me cū vultu tuo delectatiōes in dextera tua vſq̄ in finē. Secūdo auditui. Cant. ij. Sonet vox tua in auribꝫ meis. Vox eē tua dulcis et facies tua decora. Tertio dulcorem infert guſtui. Cant. ij. Fructus eius dulcz gutturi meo. Quarto olfactui. Eccl. xxiiij. Quaſi myrra electa dedi ſuauitatem odoris. Et ibidem. Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris. Quinto dulcorē infert cordis medullis. Unde Cañ. viij.

Pone me vt signaculum sup cor tuū. Et ps. Gustate z videte qm̄ suauis est dñs. i. in maria zc. O vtinā fidelis aīa aliquando nouisses experientia certa: quia vt canit eccha. Vere clemēs pia z dulcis ē maria.

Duodecima prerogatiua: quia nomen marie est efficacia mirabilissimū. Mirabiles em̄ efficere habz fructus saluiferos vt in parte prima articulo vltimo patuit. Quis deniq; sufficienter extimare posset ēsta a pncipio mundi miracula facta sint ad nomen marie z eius inuocationē. Si em̄ vt dicit ps. Mirabilis deus in sanctis suis: ēmirabilis sup oēs in maria que est oīm sanctissima z dña. Cui vt dicit Bern. Data est omis potestas in celo z in terra: vt quicqd voluerit valeat efficere. Vt autem magis claresçat mirabilis efficacia nois marie referam hic vnū miraculū qd̄ scribit vincētius in speculo hystoriali. libro. viij. ptis pme. c. cxvi. dicēs:

Miraculum. In quentu sancti Bertini erat monachus q̄daz noie iostio in quo conuentu cum quidam archiepus de terra sancta aduenies hospitatus fuisset. Interrogatus ē a monachis. quis modus orandi viris religiosis in terra sancta habitantibus solitus foret. Et retulit quomodo ab ipsis hierosolimitanis religiosis acceperit consuetum fore: benedictam virginem hoc modo quotidie orare vt videlicz ad honorez nominis eius fm v. litteras eius. v. Aue maria z totidem psalmos qui incipiunt ab eisdem litteris depromerent. Pro m Magnificat. Pro a Ad dñm cum tribularer. Pro r Retribue seruo tuo. Pro i In cōuertēdo. Pro a Ad te leuaui zc. Prefatus ergo monachus iostio cepit hunc modū orandi quotidie ad honorem nois marie obseruare. Accidit autem vt quadam nocte ipse nō interesset matutinis cum ceteris fratribus ꝓpter qd̄ subprior ad eius lectum venit ibiq; eū defunctū reperit: quē putamus ex nimia dulcedine amoris quam forte beata virgine sibi apparente cum filio hauserat excessisse. Vnde accurrunt fratres vultūq; eius discooperientes inuenerūt. v. flores rosaz vnus eg̃ dicbaī de ore z lingua eius duo de oculis z duo de auribus ꝑ tali miraculo letantes detulerunt eum in choz z ibi discooperta facie cum recentibus rosis diligent intuentes in rosa que de ore exibat inuenerunt scriptum maria. Tenuerunt autem eum per septem dies: suaui odore roseo fragrantem donec tres ꝑpiscopi cōuenirent z multi alij clerici z laici qui videntes magnalia dei laudē dederunt deo z beate virgini. O igitur nomen dignissimū marie: nomen pium: nomen ꝑfortans peccatorem. O nomen dulce: nomē amorosum z beate spei. O nomen venerabile z ab oībus deuota mente celebre. Quid dicamus in tua laude: cū omnīū deficiūt lingue nec sufficienter te queunt laudare. vere nomen sacrum nomen fructuosuz nomen mellifluū. vtinam saperent z intelligerent homines: z ipsum quotidie inuocarent: ipm semp in domibus cordibusq; scriptum tenerent: vt gratiam: veniam et gloriam virginis benedicte merito optinerent. Amen.

Incipit liber septimus de sanctissima vita beate Marie.

Liber septimus agit de misterio sctissime vite bñdicte virginis marie eiusq; virtuosissime actionis. Et diuidit in tres partes. In ꝑma pte agit de eius cōuersationis z vite sanctitudine

In scēda agitur de meritoz z virtutuz ꝑcelsitudine: qua fulsit in sūma perfectionis altitudine. In tertia de gratiaz eiusdem mītudine qua illustrata extitit cuz summa plenitudine: in huius vite habitudine zc.

Pars prima de vite sanctissime virginis beate atq; actionis eius virtuosissime misterio: vbi ostenditur q̄ in vita suscepit sacramenta z qualē regulam sanctitatis tenuerit.

Fili ne dimittas le-

f gem matris tue vt addatur gra-
tia capiti tuo. Prouerb. ꝑmo. ca.
Quibus in verbis sapientissimus Salo
mon spūsancto dictāte hortat nos vt ma-
tris nostre. i. benedicte virginis marie q̄
est spūalis mater nostra p regenerationē
z adoptionem filiationis diuine z frater-
nitatis dñi iesu christi. Juxta illud Anſ.
dictum. Si inquit xp̄s qui ex ea genitus
frater noster est. Cur illa que genuit ma-
ter nostra nō est. q. d. sic. Huius inq̄ ma-
tris nostre legem .i. vite regulam z recti-
tudinē quā exēplariter in se nobis imitan
dā ostendit: ne dimittamus: sed studiose
obseruemus: q̄tenus det nobis copiosior
gratia capiti nostro. i. rationali mēti que
est caput anime: dirigens eam in actibus
suis. Profecto merito nos hortamur oēs
z singuli ad imitandā sanctitatē vite ma
rie: quia id psuadet nobis. Primo q̄dem
scriptura figuralis. Secūdo natura exem
plaris. Tertio sentētia doctrinalis. Pri
mo inq̄ psuadet scriptura figuralis. Nā
Jacob consilium sue matris sequens be-
nedictionem paternā consecutus est Gen̄
xxvij. Jta z nos si volumus consequi be-
nedictionem dei patris: consilium sequa-
mur matris marie vitam imitando. Se
cundo psuadet natura exemplaris: vt em̄
certa discimus experientia. Pater diligē-
tius fouet filium quē videt sibi assimilatum
q̄ dissimiliorem: quia omne animal natura-
liter diligit sibi simile. Eccli. xiij. Deniq̄
teste glo. sup̄ ps̄. Corvus nō nutrit in ni-
do suos pullos tamdiu quousq̄ assimila-
ri sibi incipiūt pennis nigrescentibus. eo
q̄ putat nō esse suos pullos ꝓpter dissimi-
litudinez. Quos tamē postea assimilatos
diligenter fouet z intime diligit. Jdeo di
cit ps̄. Qui sq̄ deus dat iumentis escam
z pullis corvoꝝ. scq̄ in nido ꝛc. Jta spūali
ter maria mater gratie nos in spūalibus
fouet sibi assimilatos z deo patri exhibet
diligendos. alīs ꝓpter dissimilitudinez for
midandum est ne derelinquamur. Secte
mur ergo charissimi bñdicte virginis ca-
stitatē: hūilitatē: patiam z ceteras virtu-
tes. Unde eius filius dñs jesus clamat
Math. xi. Discite a me quia mitis sum z
humilis corde: z inuenietis requiem a. v.
Tertio psuadet sententia doctoralis.
Unde Amb. libro de virginitate dicit sic
Sit vobis tanq̄ in imagine descripta vi
ta marie: de qua velut ex speculo refulget
species castitatis z forma virtutis. Hinc
sumatis exempla viuendi: vbi tanq̄ in ex
emplari magisteria sunt pbitatz expressa:
que quid corrigere: quid effugere: quid te
nere debeatis ostendunt. Hec ille. O igit
fidelis anima ausculta filium sapientis
suscipe eius exhortationē dicentis: Fili ne
dimittas legem matris tue. i. marie. O sa
lubris admonitio. O dulcissima doctrina
O sanissimū filiū: cui obtēpando fit vt
addatur gratia capiti tuo. Si grā. ergo z
glia: z p ꝑns omne bonū. Quia ergo vita
marie nobis imitanda in p̄dictis verbis
ꝓpōit. Jdcirco de ea acturi tria misteria
in hac pte declaranda notabimus: quib
eius ꝓuersationis z vite sanctitatē agno
scere valebimus z imitari sciemus ꝛc.

Primū dr misteriū scp̄tural' obmissiōis
Scōm dr misteriū sacralis susceptiōis
Tertiū misteriū regl'aris obseruatiōis

Articulus primus quare cuā geliste noluerunt de vita beate Marie scribere aut de eius morte z similibus.

Rimum misteriuz

p declarandū dicit scripturalis ob
missionis. Nā a plenisq̄ sepesepi
us q̄sitū est. Quare vicz in sacra scriptu-
ra canonicaq̄ nusq̄ aliquid scribit de san
ctitate z gestis marie. Nec ab euāgelistis
texitur quicq̄ de ei⁹ vite hist̄oria: imo nec
etiā de eius origine: aut partum sanctita-
te: nec de gl'iosis actibus z gestis suprmi-
rabib⁹: aut de eius morte: aut sacramēto
noue legis susceptōe: mirū certe est cur scri
ptura obmiserit z tacuerit. Hec omnia z
alia matris dei p̄clara opa Matheus ꝺp
pe ca. ꝑmo scribēs de christi genealogia ꝺ
solum dicit Jacob genuit Joseph virum
marie: de qua natus est iesus qui vocatur
christus. putabā dicere debuisse: virū ma-
rie filie Joachim quā ex Anna vxore an-

gelo nūctāre miraculose genuit: que fuit ꝺ go castissima ⁊c. Similiter ⁊ lucas Dis fus est inquit angelus ad virginem ⁊c. nō describit eius ortū nec eius gesta aut vite seriem: aut preclara sanctitatis opera. et sic de alijs euangelistis. Preter hoc soluꝫ ꝙ conceptionem filij dei ex ea spiritusan/cto factam describunt ⁊ ea que ad id dum taxat pertinere videntur. Et ad id assumūt argumentum tale obijcientes: quia euangeliste p̄cursoris ortum: parentūꝫ dignitatem: vite sanctitatem: arduaꝫ ⁊ p̄clara eius gesta descripserunt vsꝫ ad terminū vite eius ⁊ martyrium. ergo multomagis hoc de matre dei facere debuerunt ad fi/dei ⁊ moꝝ edificationē. Videtur ergo ꝙ sacra scriptura obmittendo sit diminuta.

Sed contra est quia sancto spiritu in/spirante locuti sunt sancti dei homines. ij. Petri ꝑmo. Et Matth. x. Non vos estis qui loquimini: sed spiritus ⁊c. Ui ipso di/ctante scripserunt quecūꝫ scripta sunt in canonicis scripturis. in quib⁹ error vl' di/minutio nullatenus admitti debuit. De⁹ em̄ ⁊ natura nō abūdant in superfluis: nec deficiūt in necessarijs: nec ꝙcꝫ faciūt fru/stra: vt ör. ij. ꝓ̄hicoꝝ. igit⁹ ⁊c. Rūdeo ꝑm Alb. magnū sup̄ mis. est ca. lxxxi. alios q̄ꝫ doctores catholicos de hoc tractantes ꝙ sūme rationabiliter factum est vt hec de ꝧgine matre dei sint obmissa in canonica scriptura a sanctis: nec aliquid sit expres/sum nisi qō spectabat ad incarnationez et ea factaz. Hoc enim egit spiritussanctus miro ordine diuine sapientie: p̄cipue tri/plici ratione.

Una est ratio p̄suppositiōis.

Alia est ratio excitande deuotionis.

3ª rep̄mēde elatōis vl' nr̄e humiliationis

Una est ratio presuppositionis: quia vicz sanctitatis excellentia ⁊ dignitas ma tris dei ab oīb⁹ christicolis debito p̄/supponit circa quā errare effet ꝑma ꝓnci/pia confundere ⁊ in hereſim dānatā veni/re. igitur superfluum fuit ea describere ⁊ vi cioſum: cū ꝑm aristo. qui vnū dicit quodā modo plura dicit. Et iterū. Peccatum ē fieri ꝙ plura que eque bene possunt fieri ꝙ paucioza. Ex. ij. ꝑhicoꝝ. 7. viij. Thopicoꝝ Unde sicut symbolū apl'oꝝ nullibi apud euangelistas in forma scriptum legimus quia firmiter credendū p̄supponit mentī/bus fidelium inserbendū: ita pari iudicio spūsancto dictante factum est de hystoria matris dei excellēti aue ⁊ sanctitate. Oīa ita dixit Matth. de qua natus est iesus ⁊c eo dicto omnia subsequentia dixit tāq̄ in/clusa ⁊ p̄supposita. sez de sūma eius sancti tate: dignitate: meritoꝝ̄ꝫ ⁊ p̄mioꝝ excel/lentia. ⁊ sic in alijs etiam euangelistis a prole cōmendatur mater. Cum eīn arbor bona nō facit nisi fructus bonos Matth. vij. Si ergo proles sanctissima ⁊ dignissi ma: ita ⁊ mater: maxime cuz sit mater dei q̄ sanctius ⁊ dignius nō dici potest. Unō plus de ea scribere supfluum fuisset: quia dicendo ꝙ genuit iesum filium altissimi: vel ꝙ est gratia plena dñs tecum: ⁊ simi/lia sufficienter breui verbo omnia dixit ꝙ videlicet a nulla gratia: a nulla sanctitate a nullo meritoꝝ ⁊ premioꝝ genere fuerit aliena. Sed quicquid boni aliqua creatu ra fecerit vel receperit: de hoc non liceat eam fore expertem: cum existens dei ma/ter sit summa persona ipso facto ⁊ a nullo illustrium superari potest: vt dicit Dama scenus. Alia ratio est excitande deuo/tionis: q⁹ per hoc fidelium doctoꝝ̄ deuo/tio excitatur ad inquirenduz. Iuxta illud Eccī. xxiiij. Qui edunt me adhuc esurīt Et infra Qui elucidant me vitam eternā habebunt. Tertia ratio nostre humi/liationis ⁊ reprimende elationis. Nam nostra vana gloriatio reꝑmitur ne nostra bona opera ꝓ magno reputemus cum vi/deamus ꝙ excellētissimi meriti opera plu ra a beata virgine facta. imo ⁊ ab ipso do mino iesu vsꝫ annum. xxx. impleta: scri/ptura quasi non extimans preterijt subti/cendo: quasi tacēdo dicat nobis illud Lu ce. xvij. Cum feceritis omnia que p̄cepta sunt vobis dicite serui inutiles sum⁹. Et illud Matth. vi. Noli tuba canere ante te ⁊c. Item dominus noster ⁊ domina no/stra suas secretas habitudines sibi notas per se noluerunt manifestare. Iuxta illud Prouerb. xxvij. Laudet te os alienum: si/leat os tuum. Unde illa scripta non sunt Ea autem que in p̄sentia discipuloꝝ vel populoꝝ fecerūt scripta sunt ad nostram

edificationem: quatenus doceremur ⁊ nos vt sic bona agamus q̄ laudes exteri⁹ non queramus: quia vt dicit Grego. Studiū celestis desiderij a malignis spiritibus custodire nō sufficit qui hoc ab hūanis laudibus non abscondit. Depredari em̄ desiderat qui thesaurus in via publice portat Hec ille. Et sic patet q̄ rationabiliter valde spiritusancto dictante sancti euangeliste ea que spectant ad incarnationis fidē breuius scribere voluerunt ꝓpter fidei astructionem ⁊ edificationem. Ea autem q̄ secrete gesta ⁊ apostolis aut alijs ignorantibus facta sunt licet fozent magna ⁊ mirabilia super omniū sanctoꝝ alioꝝ gesta tacuerunt p̄missas ꝓpter rationes. Ad illud igit̄ in oppositus q̄ videlicet saltem eius ortum ⁊ parentū sanctitatem scribere debuerunt. Rn̄detur q̄ exquo parentus marie gloria ⁊ dignitas ab illa fuit ꝓpter quā ⁊ illi antecessere: ⁊ tota illa gens electa est. Jdeo non debuit maria per parentes cōmendari. sicut nec christus p matrē cōmendatur: sed econuerso explis sanctitate datur intelligi sanctitas parentum.

Ad aliud de p̄cursoris ortu vita ⁊ morte ⁊c. Respondet̄ q̄ hec rationabiliter de p̄cursore scripta sunt: quia nisi scripta forent dubitari potuissent. Marie autē miraculosa conceptio ⁊ ortus gaudiosissim⁹ vita sanctissima: opera p̄cellentissima et arduissima: atq̄ mors p̄ciosissima ⁊ gl̄iosissima ⁊c. Jdcirco scribi nō debuerūt: q̄ certissima fide credit̄ inter fideles viros: quicquid ad eius dignitatem: sanctitatez ⁊ precellentiam ptinet ⁊ per se notum est his qui de iesu integram habent fidē. O igitur peccatrix anima agnosce: quia nullam habes cauillationis causam contra scripturam sacram. Quecūq̄ enim scripta sunt ad nostram doctrinā scripta sunt Roꝝ.xv. O anima christiana perpende: quia maxima opera p̄termissa sunt silentio ꝓpter tuam instructionem: vt studeas magna credere tanq̄ fidei p̄supposita de maria ⁊ eius prole iesu ⁊ vti studeas devotius inquirendo meditandoq̄ merita acquirere atq̄ vt addiscas humilitatē in actibus tuis seruare. O pie deus q̄ dulciter nos allicis: q̄ benigne instruis: ⁊ q̄ salubriter humiliari vis nos vt exaltes ⁊c.

Articulus secundus q̄ beata maria in sua vita suscipere debuit ⁊ de facto suscepit omnia ecclesie sacramenta sibi congruentia Capitulum primum.

Ecūdum misteriū

de vita marie declarandū dicitur sacramentalis susceptionis. Ex quo enim in hac vita habet homo potissime p̄ sacramēta sanctificari: qm̄ ipa sacramenta ex virtute diuina habent efficaciaz sanctificandi ⁊ gratiam conferunt p quā aīa curatur ab infirmitatib⁹ vitioꝝ: vt patet in quarto libro sn̄iaꝝ: ꝓpter qō Augu. diffiniens sacramentū inquit est illud in quo sub tegumento rerū visibilium diuina virtus salutem secretius operatur. Et hugo de sancto vic. li. de sacramentis dicit: Sacramentū est materiale elementū extrinsecus oculis suppositum ex sanctificatione gratiam inuisibilē conferens. Jdcirco p̄mo cōsiderandū nobis est si beata virgo in hac vita susceperit sacramēta nouelegis: que instituit christus dn̄s ꝓpter nostram sanctificationē ⁊ salutem. Quia enim nil de hoc in canonicis scripturis reperit expressiuz a plerisq̄ manet dubitatū Pro hac itaq̄ re tria sunt notāda ad p̄ns

Primo generalis conclusio.
Secūdo, pbabilis ratio.
Tertio pticularis inquisitio.

Primo inq̄ notanda est generalis conclusio que ponit̄ sm̄ Alb. super missus est cap. lxxi. Et est talis q̄ beatissima virgo maria in sua vita suscepit omnia ecclesie sacramenta que tpe suo oīib⁹ hominib⁹ generaliter fuerunt instituta ⁊ p̄mulgata oīib⁹ obseruanda.

Capm. ij. quare debuit maria suscipere sacramenta.

Ecūdo notanda ē

huius ꝯclonis rō. Nam btā ꝙgo suscipe debuit sacra eccl̄ie multiplici ratione sm̄ eundem Alb. vbi supra.

Primo ꝓpter sui ipsius humiliationez:

quia quāto p̄ ceteris fuit sanctio: vniuersis tāto magis decuit vt se humiliaret ad sacramentoꝝ suscepcionem: sicut etiaz humiliauit se ad legem purificationis veteris legis Luce.ij. Iuxta illud saluatoris Luce.xvij. Cum feceritis oīa: dicite serui inutiles sumus: quia quod debuimus fecimus. Secundo ꝓpter p̄cepti implecionem: quia p̄ceptum obligabat omnes. Iuxta illud de baptismo Joh.iij. Nisi q̄s renatus fuerit ex aqua z spiritusancto nō introibit in regnum celoꝝ. Tertio propter scandali euitationē: quod ortum fuisset in ceteris christicolis. Quarto ꝓpt meritoꝝ superogationē. Quinto ꝓpter heresum confutationem que videlicet asserebant ipsum nō hominē esse sed angelum. Sexto ꝓpter perfectoꝝ instructionem: vt qui sanctus est sanctificet adhuc Apocal'.xxij.c. Septimo ad peccatoꝝ redargutionem. Quid enim in sui excusacionē peccatores dicere possunt recusantes sacramentū penitentie z alia quecūq; sacramenta: cum audiant etiam sanctissimā celoꝝ reginam sacramenta suscepisse. ꝑfecto eius exemplo redarguūtur de negligentia z ꝓuocantur ad ea suscipienda.

Capitulū.iij. de singulis sacramentis in speciali: vtrum maria susceperit.

Tertio hic notandū est restat particularis inquisitio de singulis sacramentis ecclesie.

Primo de baptismi susceptione.
Secūdo de confirmatione.
Tertio de eucharistie acceptione.
Quarto de sacramento penitentie.
Quinto de sacramento matrimonij
Sexto de extrema vnctione.
Septimo de sacramento ordinis

Primo igitur de sacramento baptismi Querit vtrum beata virgo fuerit baptisata: z potes obiicere q; nō: quia sapientis est nil frustra facere. Sed frustra accipit medicinā qui non indiget. Luz ergo dīna fuerit sanctificata in vtero: z vt pie creditur a multis fuit concepta sine peccato originali. ergo nō indigebat baptismo. z sic frustra accepit: q̄nīā baptismus est medicina contra originale instituta ſm doctores.

Itē cum ipsa fuerit plena gratia si baptisaretur quid susciperet gratie. Vnde videtur q; ficte accessisset cum rem sacramētalem. i. gratiam aliquā nō susceptisset. Non ē debuit baptisari cum scriptum sit Sap. vij. Spiritussanctus disciplinę effugiet fictum. Itē si baptisata essz deberet ecclesia agere festum eius baptisationis: sicut eo q; purificata est agit festum eius purificationis cum tam solēne festū sez baptismatis vel factum multum fortius p̄staret ad edificationem fideliū. Relinquit ergo q; nō fuerit baptisata. In contrariū arguitur: quia p̄ceptuz de baptismo obligabat omnes post sui p̄mulgationem ad sui susceptionem: ergo z beatam virginem.

Item dīns iesus cuius nō indigeret baptisatus fuit. ergo z beata virgo baptisari debuit cuius nō indigeret. Propter illō Joh.iij. Amen amē dico vobis nisi quis renatus fuerit ꝛc. Et Marci.vlti.c. Qui crediderit z baptisatus fuerit saluus erit

Item de apostolis supponit q; fuerunt baptisati p illud Joh.xiij. Qui lotus est nō indiget nisi vt pedes lauet: ergo multomagis de beata virgine credendum est cum fuerit ꝑfectissima obseruatrix ꝓsiliorū z preceptoꝝ q; baptisata fuerit. Rn̄deo ſm Alb. vbi s. q; ꝑfecto credendū est beatam virginem fuisse baptisatam. Alīs em̄ nō haberet characterem p quē distinguerer a iudeis z gentibus: imo cum ipsa fuerit hūilima nullum gradū hūilitatis p̄termisit. z ideo baptisata est nō solum baptismo xp̄i sed etiam baptismo Joh̄is: vt videtur sentire idem Alb. vbi s. c. lxxiij.

Ad p̄mū obiectum z secūdū Rn̄detur ſm eūdē Albertū vbi s. c. lxxi. q; beata v̄go non frustra baptismū suscepit nec ficta fuit: quia eo q̄d habere debuit nō caruit sz abūdauit peccati destitutione z fidei ꝑfectione que requirit in accedente. Hec obstat q; sine originali fuerit concepta vel q; fuerit sanctificata plenissime q̄m ſm Tho. in.iij.di.vi. Et cōmuniter alios doctores Quilibet tenet ad baptismū etiam sanctificatus in vtero ꝓpter tria. Primo ꝓpt acquirendū caracterē quo annūeret in ꝓpo

dei ⁊ quasi deputetur ad percipienda sacramenta diuina. Secūdo vt p baptismi ꝓceptionem passioni christi etiam corporaliter ꝓformet. Tertio ꝓpter bonū obedientie: quia p̄ceptū de baptismo oīmb⁹ datum est. vnde gratiam acquisiuit: quia p baptismū suscepit beata virgo caracteris impressionem: augmentationē meritoꝝ atz virtutum exercitatiōem. ⁊ sic patet. Ad tertium: quare vicz nō agatur festum eius baptismi sicut festum purificationis vna ratio esse potest sez: quia baptismus eius fuit celebratus in secreto. Oblatio autez in purificatione fuit in manifesto. Alia ratio: quia baptismus p se ⁊ ꝑncipaliter datus est in remissionem peccatoꝝ ⁊ ideo ne putaretur ipsa habuisse peccatū a quo mundaret in baptismo nō debuit festum eius baptismi institui. Nec obstat ꝙ eccl̄ia baptismū oīm solēnisat ꝙ tamen non habuit peccatum: quia ob hoc facit qm̄ sua baptisatio nostri baptismi fuit cōsecratio. ⁊ sic patet. Secūdo de ꝓfirmatione. Queritur vtrū beata virgo fuerit confirmata Et potes arguere ꝙ nō: quia dn̄s ihesus ꝙ solus potuisz ei legem dedisse nō legitur hoc sacramentum instituisse: ergo nec ipa tenebatur hoc sacramentū recipere. Ite cofirmatio est sacramentū ad hoc institutum: vt per manus impositionem a pontifice detur spūssanctus quo roboretur homo in pugna spūali: vt dicit Rabanus et ꝓcorditer doctores alij. Sed beata virgo ad nullius manus impositionē spm̄sctm̄ recepisse legitur nec robore spiritus indiguit qm̄ plenitudinē gratie habuit. ergo non videtur quare confirmari debuerit.

em̃ morimur: et quasi aq̃ dilabimur in terrā. ij. Regū. xiiij. hanc beata virgo superauit. vnde canit ecclesia de ea: Mortē quaz femina intulit feia pstruit per quaz vita redditur. Tertium fortissimū est diabolus Job. xli. Non est potestas que comparet ei. Hunc beata virgo superauit quia ipsa contriuit caput eius Genes. iij. ergo fortitudinis virtus z donum in beata virgine sume fulsit. Hec Alb sup missus ē ca. iij.

De iusticia in maria Ca. VI.

Exta virtus prefulgens in beata virgine est ipa tertia vt⁹ cardinal' scz iusticia. vt em̃ habetur. ff. de iusticia z iure. l. Justicia. Tria sunt pcepta iusticie scz. honeste viuere. alterum non ledere. z vnicuiq; suū ius tribuere Hec omnia superexcellenter fulsere in benedicta dei matre. Ipsa nempe super omnes viatores honestissime vixit. Honeste nanq; viuere. idē ē q virtuose et pulchre viuere. qz vt ait Isidorus. i. li. Ethio. Honest⁹ dicit quasi honoris status. soli autem virtuti debet honor. vñ Arist. iij. ethico. ait Prauus inquit non est honore dignus. qz honor est premium virtutis. Cum igitur beata virgo vixerit virtuosissime z omnibus virtutibus superexcellenter enituerit iuxta illud Eccl. xxiiij. In me omnis gratia vie z veritatis: in me omnis spes vite et virtutis. sequit q ipsa vixerit honestissime. vt de ea testatur etiā Ambros⁹ libro de ỹginitate Itē ipsa nullū ledere potuit. qz nūq; peccare potuit. Sed vnicuiq; suum ius tribuit. deo vicz amorē z timorē ac honorē. z primo dilectionem. qz charitate plenissima fuit nec aliquid quod facere debuit obmisit. Denicq; sūma iusticia claruit in ea. quādo pro satisfactiōe iustissima peccati primi parentis z totius generis humani filium suū obtulit in passione Ubi p fructu veritо z ablato. fructū vteri sui ad pendend ī in ligno dedit. Ecce iustissima restitutio z sūma supererogatio: pro fructu modici valoris: deum dedit infiniti valoris. Et pro vnico quadruplum reddidit. scilicet offerēs: carnem in passionem: sanguinem in effusionē. Animamq; filij sui in mortem z diuinitatem in cruce in nostram reconciliationem ꝛc. Merito igitur de ea canit ecclesia: Felix namq; es sacra virgo maria z omni laude dignissima. quia ex te ort⁹ est sol iusticie. id ē manifestatio iusticie in christo p nobis passo in cruce: in qua passiōe meritissima z sūma iusticia claruit. vt patet per Anshelmū li. ij. Cur de⁹ homo. Ipsa pfecto illud euangelicum impleuit. Si quid aliquem defraudaui reddo quadruplum. licet non ipsa beata virgo fraudem fecerit. sed Adaz pomum rapuerit. iuxta illud ps̃. Que nō rapui tūc exoluebam. O itaq; gl'iosissima virgo. Quid gratiarumactionis. quid seruituris. quid honoris tibi rependam⁹ p tali z tanta oblatione p te facta p nostris piaculis. Que oblatio vnq; si non fuisset oē genus nr̃m in dānatione remāsisset ꝛc.

De tempantia marie. Ca. VII

Eptima virtus in maria pfulgēs est tempantia. Fuit em̃ eius tempantia nobilissima superexcellentissime pre tempantia oim viatorūq; ō oñdit

Primo de tempantia in gustu
Scō de tempantia in dicto
Tertio de tempantia in facto
Quarto de tempantia in cultu

Prio de tpantia in gustu q̃ ō: sobrietas siue abstinētia q̃ in btā ỹgine fuit superexcellēter nobilissima. qz fuit purissima z gl'iosissima. Ratio q̃m in alijs viatoribꝰ ē cum possibilitate cadendi saltem in primū motū gule. z errore. z pugna: sed in beata virgine fuit sine pugna sine errore z sine possibilitate cadendi etiā in primū motū gule. quia ipa peccare oino non potuit Item alij hoies abstinēt tribꝰ de cāis. Prio p debito satisfactiōis p pctō pterito. h̄ locuz nō habet ī btā ỹgine. qz nullū pctm̃ habuit. vnō huj⁹ loco ei⁹ abstinētia fuit p merito superogatiōis. Scō alij abstinēt pro cautela euasiōis p pctō futuro: nec h̄ locū habuit in btā ỹgine q̃ peccare nō potuit: sz huj⁹ loco ipa abstinuit p exēplo edificatiōis. Tertio alij abstinēt p delectōe pene debite in pñti vel futuro: nec h̄ locū habuit in btā ỹgine. qz cum nūq; peccauerit nūq; penā demeruit. sz huj⁹ loco ipsa abstinuit pro gl'ie pmio. q̃ ei⁹ abstinētia fuit nobilissima. Scō ō tpantia ī dicto. nā ex sacro euāgelio claret ipaz fuisse tpatis-

simā in verbis. quia in totius euangelice hystorie serie non reperitur nisi tantūmodo septem verba prolocuisse. Et hec non sine causa ardua. Ad quodlibet quippe eorum verborum maximū miraculum secutum est. Primū verbum dixit ad angelū Quomodo fiet istud quoniā virū non cognosco. Et mox subsecuta est diuine incarnationis misterij declaratio: Spūssanct⁹ inquit superueniet in te. Secūm verbū dixit: Ecce ancilla dñi fiat mihi ꝛc. Et maximū miraculū secutū est scz dei humanatio. Tertiū verbum dixit Cū ingressus domūzacharie salutauit elizabeth. ꝛ mox vt audiuit illa salutationē: exultauit infans in vtero eius. ꝛ repleta ē spūctō elizabeth. ꝛc. Quartum verbum cū protulit. s. magnificat anīa mea dominū ꝛc. facta est diuina collaudatio ꝛ gratiarūactio p incarnationis diuine sūmo beneficio. Quitū verbū ait cū inuento in medio doctorum dixit Fili quid fecisti nobis sic. Ego ꝛ pater ꝛc: Et subsecutū est miraculū diuine humiliationis quia descendit cum eis iesus verus deus: ꝛ erat subditus illis Sextū verbuz dixit in nuptijs. vinū non habent. Et ibidē dixit Septimū ꝓbū ministris Quōcunq; dixerit vobis facite. Et subsecutū est miraculū cōuersionis aque in vinū. Et licet plā alia verba locuta sit beata virgo que non sunt scripta in euāgelio: tamen vtiq; fecit modestiā. vt nunq; inuentus sit dolus vel mimū verbū ociosuz in ore eius Ūñ ꝛ sctūs Epiphani⁹ ꝛ sanctus Germanus testant de ea q rarissime loquebatur sed et hoc tantūmō cū oportebat loqui et sic suos sermones semp̄ querebat q de deo ꝛ suo filio iesu loqbat ꝛ ei⁹ fide vel ignaros instruēdo vel fidē xp̄i defendēdo. Et tantā eloquētie grām hēbat q ad fidē plimos hortando conuertebat. Nam semel q ipam loquentē audiuit q̄ tumcunq; infidelis obdurat⁹: vel statī credidit: vel corde diffiniuit se cito fidē recepturū vel saltē admirat⁹ de fidei hui⁹ verissimo misterio cessauit ipugnare. Hec predicti hystoriographi. Tertio de temperātia in facto. Cū em̄ null⁹ viatoꝝ sit qui nō peccet in factis: saltez venialiter. Ipsa beata virgo sic se temperauit q nunq; peccauit etiā in mimo veniali siue facto siue verbo vel cogitatu. vt dicit Augustinus

Quarto de tempantia in cultu vel habitu. Habit⁹ em̄ vestiū tripliciter distinguitur. Primo em̄ est habit⁹ vanitatis. de quo loquēs Hiero⁹. ait Mulieres serico ꝛ purpura idute xp̄m induere nō p̄nt. auro margaritis ornate: ornamēta cordis pdidert Secōo ē habit⁹ būilitatis. s. nimie. vt portare sacculuz vel cilicium aut sordidam vestē. De hoc idem Hiero⁹. Ornatus inquit vestium ꝛ sordes parimō fugiende sunt. Tertio est habit⁹ mediocritatis ꝑm cōmunē statum: ꝛ hic est laudabil⁹

Dicimus ergo q beata ꝑgo sicut ꝛ xp̄s ac alij sancti habuerūt habitū vestiū būilem sed mediocriter. Et in hoc alios viatores excessit. quia sup artem per vnctōez in spūsancto sciuit prescire mediocritatez omimodā in habitu humilitatis obseruare. Hec Alb. magnus sup missus est cap. lxxxix. Huic etiā concordant sanctus Epiphani⁹ ꝛ sctūs german⁹ in hystoria de vita marie vi. q vestes btē ꝑginis non erant multū p̄ciose: neq; colorate: neq; curiose: nec erant inquiūt multe vilitatis: q non habebat cām cur saccum vel vestem penitētie portaret. Semp aūt vestib⁹ his induebatur camisia ꝛ tunica. Et supra tegebat religioso pallio ꝓprij coloris: sicut erat moris femis religiosis illis tempib⁹ Erant quoq; vestes eius mūdissime: nec vnq; sunt attrite: vel cōsumpte vetustate. sz mā serūt ita sic erāt cū induit eas in p̄ia nouitate: nec vnq; sunt scisse vel lacerate. Et ħ signū nitide ꝛ incorruptibil⁹ ei⁹ puritatis. Si em̄ filijs israel deus in deserto id p̄stitit cur non magis sue gl̄iose matri hanc grām fecerit cum et ap̄lis putat id fecisse. vt legitur de beato ꝑBartholomeo ap̄lo. Item refert idez q beata virgo ꝓ plo mundissimo vtebatur et cingulū portabat de corda vel retorta zona. Vtebat et calceis sed tunc tantummodo cum ire quoq; oportuit vt caueret ne uidi videret pedes quia semp tenebat se nimis verecunde ꝛ pudice. Lectus quoq; virginis non habuit ornatum sed mundissim⁹ erat stratus de sacco p straminibus. Et iuxta lectū loc⁹ erat quo orare solebat vel septu

turas legat vel contẽplabatur diuina. Et ad partem alteras fuit locata sedes i qua residebat ad opus manuale faciendũ. qz nunq̃ ab aliquo predictoz operum erat ociosa. Angeli quotidie de celis mittebãtur qui eam benignissime cõsolabant. Et celestem panem ei deportabant ne defectum pateretur: Hec illa. tẽ.

De virginali castitate marie. Capitulum. VIII

Quarta virtus in beata virgine p̃fulgens est virginalis castitas in qua sup̃ omẽm creaturã incõparabiliter prefulsit. adeo vt teste Anselmo libro de conceptu virginali tanta puritate niteret qua sub deo maior nequit intelligi de hac lau? agebat. viij.

De humilitate marie. Ca. IX.

Nona virtus in beata virgine prefulgens humilitas p̃ quã summe placuit deo ipsa teste Luce. i. Respexit humilitatẽ ancille sue tẽ. Ber. Audeo dicere quia nec virginitas marie deo placuisset sine eius humilitate p̃ hanc etiam humilitatẽ sũme exaltari meruit. Cũ em̃ iuxta euangelicã regulã omnis qui se humiliat exaltabitur. q̃ quãto quis se magis humiliat magis exaltabitur: per illaz maximã thopicam. sicut simpliciter ad simpliciter: sic magis ad magis z maximum ad maximum. Sed quia beata virgo sup omnes exaltata est choros angelorũ z ordines sanctorũ. ergo sequit q̃ ipa sup omnes humilima fuerit tam corde q̃ ore atz opere. Signum autem maxime humilitatis quã habuit in corde ex hoc claret qz cum eligeretur in matrem dei recognouit se ancillam domini fore. vnde dixit Ecce ancilla domini tẽ. Signũ vero humilitatis in ore claret quia cum dominũ magnificaret se humilem ancillam dei esse dixit. o. Respexit humilitatẽ ancille sue tẽ.

Signum denicz summe humilitatis in opere patet. quia cum esset mater dei visitauit inferiorem: scilicz elizabeth. quã et prima salutauit z tribus mensib? eidem seruiuit. O mira humilitas marie en angelo p̃ regina: dña mundi: mater dei seruit inferiori homi: discite ergo tu superbe homo exemplo marie humiliari tẽ.

De pauptate marie Ca. X

Decima virtus prefulgens in maria ẽ paupertas. Ita Hiero? ea appellat multerem quesuaniam que cũ acuer fuso vndeviueret z nutriret dñm ipsum lucrabatur. iuxta illud Prouer. vltimo. Danũ suam misit ad fortia z digiti eius apprehenderũt fusũz. Quo autem beata virgo fuerit super oẽs voluntarie paupertima ondit.

Primo ex figuris
Secundo ex argumentis
Tertio ex realibus signis

Primo ex figuris. Nam ipsa figuratur per virgam. Esa. xi. Egredietur virga de radice iesse ad significandũ q̃ sicut virga parum terre occupat. ita z beata v̄go maria omnia terrena contempsit. Itẽ ipa figuratur per mulierem cui? sub pedib? luna Apocal. xij. ad significandũ contẽptũ terrenorum tẽ. Secundo ex argumentis. quia cũ oia posset a filio cuius est terra et plenitudo eius impetrare etiã p̃ miracula. nam z ad eius nutum aquã mutauit in vinum Joh. ij. Sed et cum esset totius mundi domina: nil voluit terrenum possidere vt merito paupertatis lucraret regnum celorum. Vnde Dat. v. Beati pauperes spiritu q̃m ipoz ẽ regnũ celoz.

Tertio ex realibus signis. Primũ signuz qz in p̃pria ciuitate. i. bethlem que ex p̃re sue dauid sibi quasi iure hereditario debebat: dei filiũ paritura hospitiũ nõ inuenit quia illud vnde conduceret forte esse non habuit z ideo in diuersorio peperit saluatorem. Secm̃ signum quia filio nato cusinũ quem substerneret z pelles quibus regeret in media hyeme non habuit. sed panniculis inuolutũ in presepio super fenum locauit. Vnde hoc admirans Ber. dicit O mira paupertas christi nascentis filius pastoris nascitur z ei cusinus sbsternitur: filius eterni regis christus nascit z in p̃sepio sup̃ duro feno collocat. Hec ille.

Tertiũ signũ q̃ erat fabro ioseph despõsata z tales cõiter sũt pauperes Et ꝟ voluit de? vt ipa p̃ labores manuũ vtpote p̃ iuste acq̃sita sustentaret. Quartũ signũ qz filiũ suũ ad tẽplũ deferẽs vñ vt vnũ agniculũ emeret non bẽbat cũ tñ in terra sãcta

multi agniculi inueniantur et paruo pre/cio haberi possint t ad id iuxta legem ob/ligabatur si tantū habuisset q emere agni culum valuisset. Quintū signum. quia christus eius filius pauperrimus extitit adeo q non haberet vbi caput reclinaret Math. vij. vnde patet q et eius mat pau per fuerit que ꝓpriam domum non habu/it vbi christus caput reclinasse potuisset.

Sextum signum quia filio in cruce pē/denti t sitio clamauit nec potuz aque mi/nistrare potuit. Septimū quia mortuū filiū vnde inungeret aut q̄ inuolueret aut vbi sepeliret non habuit sed vnguento et sindone ac sepulchro alienis vsa est.

De constāti pseuerātia. Ca. XI

Vndecima virtus p̄fulgens in bea/ta virgine est constantie firmitas

Cum em̄ alij viatores sint a malo culpe passibiles: in aduersitatibus vinci/biles: t in arduis agendis flexibiles. Ista beata virgo a nullo vnq̄; malo fuit passi/bilis: in nulla aduersitate vincibilis: t in omnium virtutum arduoz̄q̄ operū vir/tuosorum perseuerantia inflexibilis. sup/admirabilis ergo sanctitatis fuit eius vi ta. Vnde ignacius in epistola ad iohan/nem dicit. Ista maria omniū gratiarum habunda t omniū virtutum fecunda i p/secutionibus t afflictionibus est hylaris: in penurijs autem et indigentijs non est apud eam querela: iniuriātibus grata. ac molestata letatur: constans sez in omi vir tute. miseris t afflictis coafflicta cōdolet et subuenire non pigrescit. Hec ille

De pietate marie. Ca. XII

Vodecima virtus prefulsit in ea d Pietas cuius quidem sunt plimi gradus. Primus est dare paupe ribus superflua iuxta illud. Luce. xi. Qd̄ superest date pauperibus. Scdus est da re, non tantum superflua sed etiam neces/saria: iuxta illud Mat. xix. Vade t vēde oia t da pauperibus t veni sequere me.

Tertius gradus dare omnia sua et in/super seip̄m superaddere scilicet laboran/do manibus vt habeat vnde tribuat egē/ti vel laborādo corpore t spiritu vt pascat primū panē spūalē. Sicut faciebat paul⁹ qui cum omnia reliquerat manibus labo rabat vt sibi t suis subueniret. et seipsum impendere t superimpendere cupiebat pro animabus primorum. Quart⁹ grad⁹ pietatis est omnia t seipsum dare. Et in/super de substantia sui corporis partē ac/cipere et ad refectionē aiarū primis dare

Isto gradu pietatis fuit btā ꝟgo insigni ta ipsa quippe omia dedit pauperi christo et manibus laborauit vt pauperes susten taret vt supra patuit: laborauit quoq̄ tspi ritu ad refectionē spūalem. quia erat ma/gistra apl̄oz̄ t omniū discipulo z̄ christi di rigens eos t instruens in arduis questio/nibus. Et vt dicit Ignacius. Veniebant ad eam ex gentibus conuersis per aposto los multi neophiti cupientes eam videre et ab ea recipiebant cōfirmationem fidei quā susceperant per predicationē apostolo/rum. Et cuncti ab ea confortabantur et informabantur ex eiusq̄ presentia conso/labantur. Multi etiam eius consortio in hierusalem coniungebant se t secum per/manebant in magna vtiq̄ paupertate. p quibus paulus t alij apostoli in gentibus conuersis collectas faciebant vt eoz̄ ne/cessitati subuenirent. vt testatur glo. super epistolā ad Corinth. Insuper ipa beata ꝟgo de sua purissima carne t sanguie via ticum nobis miseris confecit t toti mun/do partem substantie corporis t sanguis sui dedit in alimentum eterne vite: id est corpus christi et sanguinē sui filij de se id est de virgine sumptum. qd̄ quisquis dig/ne gustauerit viuet in eternum Joh. vi.

Quintus autez gradus pietatis ē om nia dare insuper corpus et animā t diui/nitatem dare in cibum eternum hic p gra tiam t in futuro per gloriam. Et iste gra/dus est solius misericordie t pietatis do/mini nostri iesu christi. Hec Alb. magn⁹ super missus est. vnde O fidelis ania ag/nosce q̄ pijssima fuerit t sit benignissima virgo maria. vere vt sit Bernardus. Et⁹ misecordie t pietatis longitudinē: latitu/dinē: t pfunditatē extimare nemo potest: aut mensurare. ipa oibus omnia facta est omnib⁹ sinū misecōie aperit. vt de plenitu/dine eius accipiant vniuersi. et iusti grati/am: t pccatores veniam: angelus letici/

am:filius dei carnis substantiã ⁊ tota tri/nitas gloriã in secula seculoꝝ Amen.

Pars tertia libri septimi de multitudine gratie ī maria qua illustrata extitit summa plenitudine in hac vita

Ame omīs gra

tia vie et veritatis Eccle sistici.xxiiij. Sapiens ecclesiasticus spiritusancto doctus agnouit:quoniam in matre dei nulla gratia deesse debuit:sed omni gratia plenam fore oportuit. Idcirco in persona eius loquens ait:In me scilicet maria matre dei omnis gratia vie et veritatis. In quib⁹ quidem verbis videtur ipsa dei gloriosissima mater commendari.tum de magnitudine gratie.quia in me inquit omnis. tum de plenitudine gratie.quia omis gratia.tum quoq; de multitudine ⁊ varietate gratie. quia videlicet: vie et veritatis. O vere maxima gratia marie que tantaꝝ gratiam habuit q̄ maiorem pura creatura non vnita verbo habere nequiuit q̄ videlicet sit mr̄ dei: genitrix filij dei:creatoris ⁊ saluatoris omnium et eo ipso domina sit omnium angelorum et hominum: atq; cunctorum creatorum. O veriſſime plena gratia marie que gratiam ipsaꝝ increatam in se totam continuit. vnde recte angelus eidem dixit Aue gratia plena Hieronymus in sermone de assumptione Vere gratia plena: quia ceteris p partes marie vero se totam infudit gratie plenitudo. O deniq; q̄ multiplex gratia in maria que omēs gratias generales ⁊ speciales oim creaturarum et omniū sanctorum in sūmo habuit quoniã vt ideꝝ Hieronymus ait ibidem. Totus inquit gratie plenitudo que est in christo venit ī mariã quãq; aliter.quia in christo sicut in capite influente in maria sicut in collo, siue dicam medio transfundente toti corpori ecclesie in christo sicut in hoie personaliter deificato in maria sicut in templo ipsi⁹ verbo singulariter dedicato. Dicat ergo maria: In me omis gratia vt per hoc glorioſum verbum alliciat nostras mentes ad confugiendum pro gratie impetratione ad eam. Accedat quoq; homo et dicat: Maria mater gratie mater misericordie tu nos ab hoste protege in hora mortis suscipe.⁊ per plenitudinem tue gratie fac nos consortes glorie ⁊c. Iraq; locuturi de multitudine gratie beate virginis qua in sua vita fuisse sūma plenitudine ad presens tria misteria notabimus

Primū misteriū dr actual' cōtinuitatis
Scōm̄ ;noticialis luminositatis
Tertiū dr multiplicis gratiositatis

Articulus prim⁹ q̄ beata dei mater maria fuit continue ī hac vita stabilita ī actuali gustu gratie dei cū plena ratione merēdi

Irca primū mi

sterium actualis scilicet continuitatis inuestigandus est Si videlicet btã ꝑgo maria in sua vita habuerit tã perfectissimum et consūmarū statum in gratia: q̄ continue sine temporis interruptione fuerit mens eius stabilita in actu et gustu gratie cum plena merendi ratione. Ad quod breuiter ſm intentionem magistri Uberti/ni de Casali ordinis minorum in suo libro qui intitulatur Arbor vite crucifixi iesu.pie opinandum est et tenendum pro virginis matris excellentia q̄ tanta perfectio gratie:tanta abundantia carismatum diuinorum et virtutum omnium cōsummatio fuerit sibi data in illo dei conceptu vt sanctissima mater dei haberet perfectissimum et ineffabilissimum statū consummatum in omni perfectione actiue et contemplatiue'absq; omni diminutione ⁊ defectu. et ex tunc mens eius taliter fuit stabilita q̄ sine aliqua interruptione fuerit semme in contemplationis actu ⁊ gratie continuo gustu. Et hoc supra omnem modum alterius creature citra tamē beatificam visionem. Ideo q̄ omis ignorantia nō solū culpabilis.q̄ ō illa nō ē dubiū q̄ nūq; habuit sed etiã ois ignorãtia quãlibet dicēs defectū in nob ex pcto originali

fuit sibi omnino ablata. Et fuit a spiritu sancto infusus sibi plenissimus habitus sapientie: coram ipsius mentem perficies adeo q occupationes exterioꝝ sensuū nūq impedirēt in ea recollectione mētis t contemplationis actū ac experimentalis grē gustū sed et ipse ꝓtemplationis actꝰ mentē eꝰ plene in deo recolligens nunq impediuit vtuosum et debitū officiū administratiue partis inferioris sensuū. quin t sic dulcissime ministrauit filio suo iesu tā in infantilibus necessitatib corpis q in alijs in decursu vite sue opportunis atq in oib alijs que ad instructionē primi t apl'oꝝ t aliorum necessaria videbant. Immo iste due pfectiones: actio t contemplatio in ipa se mutuis respectibus intendebant ad ꝑfectum et glorie cumulum. Alias quoq perfectiones multas credit q tunc consecuta fuerit nobis ineffabiles t incomprehensibiles que etiam fm experimenta nostre infirmitatis t corruptionis impossibiles videntur. Quod si obijcias de somno qui in nobis abissat t sepelit actum rationis: et liberi arbitrij aufert vsum t ꝓconsequens actum meriti t demeriti. Unde beatus Bernardus somnū vocat mortis imaginem. Et Aristo. in de somno t vigilia dicit. Somnus est ligamentum sensuum. Cū igit in beata virgine fuerit q dormitionis somnus immo et ebrietas legitur dormiuisse Dat. viij. ergo in beata virgine somnus interrumpebat predictum effectum gratie. Respondet fm eundem Ubertinū vbi supra. q in beata ꝑgine fuit et in christo liberū arbitrium non fuit ex somno submersum. sed anima sua liber t actu meritorio simul t cōtemplatiuo: non obstante somno tendebat in deū t alias perfectiones nobis ineffabiles vt dicere potuerit illud Cantico. v. Ego dormio et cor meū vigilat Hec predicta de matre dei reuerēdissima credenda mouet triplex ratio fm ea que indubitanter credimus de ipsa.

Prima ratio plene expurgationis
Scda ratio plene assimilationis
Tertia ratio plene participationis

Prima ratio plene expurgationis indubitāter em credit q ipsa fuit plene purgata a fomite. ergo ab omi infectione humana ex fomite causata. Sed quia impedimentū oim predictoꝝ t maxime impedimentū somni est magne imperfectionis t destructionis actus ꝓtemplatiui. Cū omnis ebetudo mentis t alij defectus quos in nobis experimur expgefacti post somnum non sinant statim t libere mentē ferri in deum sed cū nouo conatu oportet nos redire ad mētis claritatē t suauitatē quā primo fueramus expti. ergo videt q nullomodo fuerit in dei matre. Si obijti as q ista est cōditio nre mentis et corpis et ipsa non fuit educta de statu corporis aialis. Rñdeo q non est verū. quia ista nō est conditio nature sed est magis p peccatum infectio et infirmatio. vt expresse dicit Augꝰ. sup Gen. ad lram. q in statu innocentie fuisset clarior cōtemplatio dormientiū q sit modo visio vigilantiū. Cōmuniter em magis videntur sentire doctores q in statu innocentie non perdidisset homo li. ar. siue rationis vsum propter somnum: nec nati fuissent filij subiecti ignorātie. Unde in Enchi. Augꝰ. ca. viij. expresse vocat errorem omnem deceptionē. et ꝫ indecorū et indecens ad vite huius miseriam dicit pertinere. Nihil autem tale videtur conueniens matri dei. Sed plena purgatio a fomite debuit eam plene a talibus defectibus liberam reddere. Puto em q extunc fuerit in ea altior t dulcior contemplatio q fuerit in adam: nec mirum quia ipsa deum gustabat. vt filiū vteri sui. Et virtus regitiua corporis impleto dei obsequio sine aliquo vitio tanto fuit in ea perfectior quanto in maiori altitudine virtutum regebat. cum etiam dolores et penas tam mentis q corporis plene sublimabat et referebat in deum. ab eis nec i mimo impedita. nullomodo igit. videtur conueniens q in summa plenitudine gratie que debetur statui materno: magna pars temporis que occupatur in somno transierit sine actuali relatione ad deum: vel etiam sine plena ratione merendi. Licet quippe voluntas qua volo dormire vt possim viuere ad hominē dei sit actꝰ meritoriꝰ in quo actu somnꝰ possit dici meritorius: tamen in somno sic

ligãte li.ar.actus meriti a mente interim non precedit. Item si adhuc instas: quia hec est pena peccati: et pene nõ fuerunt sibi ablate: sicut nec filius suus carere voluit. Dico q̃ licz pene que sunt pure pene et materia virtutis et adiutorũ merẽdi nullũq̃ impedimentũ virtutis et que totã naturam p̃sequũt cõtenti in rp̃o et in sua matre remãserint. sicut sunt fames: sitis: tristicia. Tamen ipse pene que sunt impedimenta pfectionũ sicut ignorantia: p̃cupiscẽtia: et ligatio liberi arbitrij et distractio actus p̃emplatiui nõ debuerũt in dei matre remanere. sicut nec a christo fuerunt assumpte. Secũda ratio plene assimilationis: quia caro virginis matris et ꝑfis est eadem caro et similis puritatẽ: vt dicit augu. in sermone de assum. dñe. Sed dñs iesus in carnis assũptione nullũ p̃dictoꝝ defectuũ assumpsit. q̃ nec in sua matre dimittere debuit aliquẽ eorũdẽ defectuũ. Tertia ratio plene ꝑticipationis: quia cuz plenitudo totius gratie que est in christo ꝑticipata sit matri: vt dicit Hiero. in sermone de assumptione dñe q̃q̃ aliter et aliter vt s. tactũ ẽ. ergo ille plenitudines p̃dicte et alie multo maiores et nobis ineffabiles fuerũt in beata virgine. Unde sequitur q̃ stupẽdo modo dilatatus fuerit sinus materne mentis ad respectus et actus ineffabiles tam respectu diuinaꝝ pfectionuꝝ q̃ etiam respectu actualis dilectionis et deuotionis ac degustati dulcoris et multiplicis reuelatõis. Nec valet instantia ꝓtra hanc rõnem. si diceres q̃ in christo fuit beatifica visio ab instanti ꝓceptiõis. Et ista p̃rogatiua nõ fuit tunc data virgini. ergo nec alie. Non est eĩ simile. Gratia eĩ visionis beate oĩno competit humanitati christi: et ẽ decens ex vnione personali ꝙbi Non eĩ est decens vt vniat verbo in supposito et nõ fruatur ipso. Perfectiones aũt que competũt christo fm pfectionem vie debẽt diffundi in sua matre benedicta. vnde omnes gratie que substantialiter mentem perficiunt et que nõ repugnant statui creature: et que sunt citra beatitudinẽ patrie debent sibi cõmunicari: sed predicta nõ repugnãt. ergo ꝛc. Et si dicas nõ habuit omnẽ gratiã: quia non fuit sacerdos nec confessor nec p̃dicator. Friuola est instantia quia hec nõ sunt substantialiter gratificantes mentẽ sed quedam gratie gratis date fm exigentiam singulariũ p̃sonaruz Hec Hermanus vbi supra O igif mens humana pensa q̃ntum potes q̃ntũ deo plena fuerit virgo hec: dum Maria. O q̃ntũ gratie ineffabilis supabundauit in ipa re re gratia plena et omni laude est dignissima. Vere dignum et iustum est vt eaz oĩs laudet vox humana ꝛc.

Articulus secundus q̃ beata virgo habuit plenitudinem sciẽtie et gratiam omnis noticie siue artis: circa quod et plurima dubia soluuntur.

Circa secũdũ misterium: videlicet noticialis vel sciẽtialis lũinositatis inuestigandus Utrum ipsa beata virgo mater dei in statu huius vite sciuerit omnia. Videt nãq̃ q̃ plura ignorauerit: quia ꝑditum iesum tribus diebus quesiuit ignorans vbi foret Luc. ij

Item ipso inuento in templo cum dixisset iesus. Quid ẽ q̃ me q̃rebatis nesciebatis quia in his que patris sũt oportet me esse. Subdit q̃ ipsi. i. maria et ioseph nõ intellexerũt verbũ. Item ipsa turbata est in sermone angeli salutantis Luce. i. Et quasi nesciens de modo incarnationis diuine quesiuit dicens. Quõ fiet istud qm̃ virum nõ cognosco ꝛc. Preterea sancti in patria nil sciũt nisi ad beatitudinem pinentia. ergo sancti in via tm̃ ad beatitudinem vie pinentia sciũt. et p̃ ꝓsequens beata virgo in via tm̃ modo ea sciuit que sunt pertinentia ad beatitudinem vie et ad sui ac aliorũ edificationem Ad. et sup̃fluũ videt sciuisse alia

Contra. Joh. xvij. Spũs sanctus docebit vos oĩem veritatem: ergo creatam et increatam. Item omnia facta sunt ꝓpter hominẽ iuxta quod aristo. ij. phisicoꝝ. Nos sumus quodãmodo finis oĩm. Unde de omnibus tenet homo gratias agere. Si ergo nõ oĩa cognouisset imꝑfecta fuisset

cius gratiarũ actio. Preterea omnis sci/
entia de numero bonorum honorabilium
est. ꝓmo de anima. Sed ei nullus bonum
defuit: quia omni gratia plena fuit. ergo
omnes scientias habuit. Preterea ani/
ma christi sciuit omnia que deus: nec ta/
men ei est equalis in scientia per modum
sciendi. Sꝫ sicut anima christi ĩmediate
se habet ad deum: ita anima beate virgis
ad animã christi: ergo beate virginis aia
sciuit omnia que aia christi: sed impfectio
ri modo. Ꝓo rñsione ad questionẽ ſm
magnũ Alb. sup missus ẽ. c. cliij. Notan/
dum ꝙ beata virgo in cognitione sua ha/
buit plura ꝓuilegia. Primũ est perfecta
cognitio trinitatis dei sine medio quã ha
buit in via ꝑ specialissimã gratiam. Se/
cundũ est perfecta cognitio misterij incar
nationis ꝫ hanc habuit ꝑ gratiã ꝫ singu/
larem experientiã. Tertium est cognitio
fue reuelationis ꝫ certificatio ꝑdestinatio
nis quã habuit ꝑ reuelationem ꝫ causam
quia scilicet nouit se matrem dei esse quã
impossibile foret damnari. Quartuꝫ est
anime sue ꝫ spirituum per species ꝓprias
cognitio quã habuit dispositiue ꝑ naturã
completiue per gratiam. Et ſm hanc vi/
dit angelos: animas: ꝫ demones: vt infra
de gratia sapientie patebit latius arti. iij.
huius partis. Quintum est perfecta co/
gnitio oĩm ad statum vie ꝓtinentiuꝫ quã
habuit ꝑ gr̃e illustrationem vel infusionẽ
ꝫ inspirationeꝫ. vñ hũit ꝓfectã cognitionẽ
oĩm scripturarum operandoꝝ ꝫ contem/
plandoꝝ. Et ꝙ ipsa fuerit ꝓpheta in omi/
bus scripturis ꝓpheraꝝ ꝫ figuris designa
ta. Sextum est cognitio oĩm circa se fu/
turoꝝ quã habuit ꝑ reuelationem ꝫ in spe
culo lectionem atq; scripturaꝝ cognitio/
nem. Septimuꝫ est cognitio oĩm ad sta/
tum patrie pertinentium quã habuit per
cõtemplationis reuelationeꝫ. Octauum
est oĩm creaturarum que sunt in toto mũ/
do: vel fuerunt. aut erunt in rerum natu/
ra stantium cognitio. quã habuit per na/
turam ꝫ gratiam ꝫ contemplationem.
Si enim istud ade est concessum ꝫ datuꝫ
vt omniũ animantiũ terre ꝫ volatiliuꝫ ce
li: ꝫ bestiarum noticiam haberet: ꝫ omni/
bus nomina vocaret congruentia scõm
suas ꝓprietates Genes. ij. Item si Ari/
stoteli ꝫ philosophis ac medicis datum ẽ
nosse omniũ herbaꝝ virtutes: lapidumq;
metalloꝝ arcq; stellarum celi: quontã teste
hieronymo: Aristoteles non solum sciuit
naturas rerum sed ꝫ scriptas in libris tra
didit. Quid mirum si marie que fuit gra
tia plena ꝫ dei veri mater donatũ sit om/
niũ creaturarum cognitionem perfectam
habere maxime cum ꝫ paganis philoso/
phis: vt dictum est magna ꝑ parte creatu
rarum cognitio est donata. Nonum pri
uilegiũ ꝙ habuit matutinã simul ꝫ vesꝑ/
tinam cognitionem. Matutinam ꝑ gra/
tiam. Vesꝑtinam vero per naturam et
ꝫ gratiam. Decimũ est cõclusio ex pre/
dictis omnibus ꝙ scilicet nullius ꝓrie ha
buit ignorantiã. Unde ꝓpter obiectiones
que fieri possent Dicimus ꝙ beata virgo
sufficienter perfecta fuit per habitum na/
ture ꝫ gratie in operationes exire ꝫ finem
consequi cuiuslibet scientie. Et hac scien/
tia exiuit in actum ꝫ operationem quãdo
vbi ꝫ qualiter ꝫ quantũ ordinabatur sibi
ad beatitudinem ꝫ alijs in salutem. Ha/
buit etiaꝫ perfectam cognitionem omniũ
ad beatitudinem suam ſm statum vie ꝑ/
tinentium: vel ad gratiam impertinentium
Unde ipsius anima beatissima nulla ha
buit in se inutilia vel impertinentia sed per
totum fuit plena gratia. vnde omnia que
fuerunt in ipsius anima vel naturalia vel
acquisita sic erant gratia informata vt cũ
gratia coniuncta: vt omnia essent gratui/
ta: ꝫ ꝑ consequens fuit omnis scientia ei⁹
gratuita: ꝫ omnis operatio eius gratuita
vt sine omni restrictione largissima ꝫ ve/
rissima interpretatione esset omnipharia
gratia plena. Hec albertus. Ad illud
igitur in contrariũ videlicet ꝙ perditum
iesum requisiuit dicitur ꝙ hoc magno fa/
ctum est sacramento. vt ad tempus dono
scientie illius rei suspenderetur: sicut ꝫ do
num prophetie ad tempus prophetis sub
trahebatur ad vtilitatem eorũ: quatenus
iterum cum dolore petentes humiliaren/
tur ꝓphete ꝫ dei esse experirentur non suũ
quod habebãt sicut patet de Helisco. iij.

Regum. iij. Jta factum est hoc etiam ad vtilitatem: vt scilicet ad tempus breue interdiceretur marie noticia de iesu vbi sit scōm corpus: quatenus illo dolore percussa magna nobis merita per patientiā thesaurizaret: atq; exemplum nobis daret requirendi iesu n inter cognatos t notos. id est int sanctos. Ad illud q nō intellexerunt verbum christi de patre celesti loquētis. Respondetur scōm Ludolphum carthusiēn. q sic est accipiendum. non intellexerunt. id est non animaduerterunt: licet crederent dei filiuz. Vel quia non ita plene vt postmodum intellexerūt talia de diuinitate loquentem saltez quo ad Joseph alioscz inibi assistentes qui non fuerant assueti talia audire de diuinitate. non autem hoc de beata maria dicitur absolute.

Ad aliud dicendum q illa turbatio virginis in sermone angeli non fuit ex ignorantia. Sed quia prudens dat nobis legem non statim credere omni spiritui sed probare vtrum ex deo sit: iuxta sententiaz apostoli. Processit ergo illa turbatio potius ex humilitate qua se non reputauit dignam tante exaltationi quanta per angelum sibi annūciabatur vel tante salutationi. nec tancz ignara aut dubia quesiuit: Quomodo fiet istud: quia bene sciuit q apud deum non est impossibile omne verbum. Et q iuxta Esaye vaticinium cap. vij. Virgo concipere t parere debuit filium dei. Sed idcirco querit vt angelo docente de misterio incarnationis diuine fideles certiores in fide redderentur: t paresceret omnibus: quia virtute spiritussancti concepit filium dei tc. Ad illud q superfluum est scīsse omnia alia que non pertinebant ad beatitudinem vie. Dico q non: quia omnis scientia est de nūero bonoz bonorabiliuz: pmo de anima. sed operari scōm omnem scientiam foret superfluum ad beatitudinem. Dico ergo cum Alberto vbi supra q eius scientia exiuit in actum t operationem solum tunc quādo: vbi: qualiter: t quantum ordinabatur sibi in beatitudinem et alīs in salutem: vt patuit circa decimū priuilegium fuit cognitionis. Claret igitur responsio ad que situm q sciuit omia. Sed circa hec plurima occurrere possunt particlaria dubia p amplioni eluciadatione oportuna. Primū dubiū si beata virgo sciuit omnes mechanicas artes vel scientias que cōtinentur in his versibz. Lana venus miles nauratio rus medicina. v. Ac ars fabrilis mechanice sunt iste. vbi septem artes numerantur. Et videtur q non: quia natura nō deficit in necessarijs: nec abundat in superfluis. scōo de anima. ergo multo fortius gratia. Sed q̄dam artes mechanice erāt beate virgini necessarie sicut mulieb̄res q̄dam superflue sicut virales. ergo illas habuit t nō istas. Jtem videtur q illas mechanicas mulieb̄res que sunt subtiliores nesciuit sicut eas que fiunt auri frigijs t sericeis operibus t subtilibus futuris: t huiusmodi. quia ista subtilia magis ordinātur ad vanitatem cz vtilitatem. Operatio autem t scientia beate virginis fuit tātum ad vtilitatem. ergo tc. Jlla etiaz subtilia operari multum repugnant contemplationi: quia requirunt multam attentionem cogitationis. Maria autem optimā partem elegit scilicet perfectam contemplationem. igitur tc. Contra. Patri dei nullum bonum defuit: quia gratia plena fuit. Sed oīs scientia etiam mechanica est de numero bonorum. igitur tc.

Ad dubium igitur respondetur q beata virgo habuit scientiam artium mechanicarum alīs excellentiorem: t operationem subtiliorem in illis etiam mulieb̄ribz artibus subtilioribus. qō probatur scōm Albertum super missus est. capitulo. exl. triplici via. Primo ex eius inuincibilitate. Jpsa enim vt ait Damascenus. A nullo illustrium vincitur. Ve autē artes subtiliores sunt scientie t opera illustrium feminarum. ergo tc. Secundo ex eius humilitate. Eius enim operatio fuit humilima t laudabilissima. Sed maioz et laudabilioz humilitas apparet scire nobilia t subtilia: t operari vilia et communia cz tantū scire vilia t grossa ac operari talia. ergo beata virgo et si operata

sit vilia sciuit tamen nobilia. Tertio ex effectus qualitate: quia dignissimum ad quod ordinantur artes mechanice est vestitus. Primo enim anima. postea corpus deinde vestimentum. Luce. xij. Sed dignissimum omniū vestimentoꝝ fuit tunica inconsutilis quam fecit beata virgo. ergo habuit scientiam artis mechanice in summo. Ad obiecta in contrarium dicitur sicut patuit supra. q licet ipsa scierit omnes artes tamen eius scientia exiuit in actum t operationem non oim sed earum solū: t tūc que: qñ: vbi: qualiter t ꝙtum ordinabant sibi in beatitudinē t alys in salutem vt semp ordinaret ea ad vtilitatem nō ad vanitatem nec impediret in ea ꝓtēplatio. Secūdum dubiū de artib liberalib vtrū illas sciuerit in sūmo. Rñdet breuiter ꝟm eundē Alb. q sic ptz. Primo ex pfiguratione. Prouer. ix. Sapia edificauit sibi domū excidit colūnas septē. Ille quippe domus est beata virgo. vij. colūne sunt. vij. artes liberales. Item mille clipei pendent ex ea scz turre dauid. oīs armatura fortiū. Can. iiij. Turris dauid est sacra scriptura. Clipei scientie pbice t scientie liberales que ptinent ad munitionē sacre scripture. ergo sanctoꝝ est illas scire t p ꝫ sequens a fortiori est beate virginis

Solutio ptz: qz quidā sancti laudant de talib scientijs sicut Hiero. Augu. tc. Et sancta katherina: ergo beate virgini non debuit deesse ista materia laudis. Claret itaq q brā ꝟgo sciuit. Primo grāmaticā: qz sup illud Luc. ij. Maria ꝓcedebat omnia verba. hec glo. dicit q legerat in diuersis ꝓphis: ergo sciuit legere t p ꝫ intelligere: qz legere t nō intelligere est negligere. Item ipsa ꝟm hiero. t Dam. in templo fuit enutrita vbi virgines instruebant ꝟm legem moysi. ꝓncipiū autem eruditionis est grāmatica. Amplius grāmatica ē recte loqndi scientia. Sed beata ꝟgo nūq peccauit in loquendo. ergo eā habuit in sūmo. Secūdo rhetoricaz sciuit Nam dicit Augu. in de doctrina christiana. q i sacra scriptura sūt diuersi colores rethorici. Sed beata virgo sacrā scripturam perfecte sciuit. ergo t rethoricā. Itē iura ciuilia t canonica: leges t decreta q scierit in sūmo: patz hoc modo: quia sapiētia aduocati in tribus claret. Primum q obtineat apud iudicem iustum t sapientem. Secūdum q contra aduersariū astutum t sagacem. Tertium q in causa desperata. Sed beata virgo obtinuit apud iustissimū t sapientissimū deum cōtra aduersarium callidissimū diabolum in causa nostre liberationis desperatissima sententiam optatam. Unde sapientissimus deus elegit eam tanq̄ sapientissimā aduocatam pro nobis. ergo omnia que ad hoc officium pertinent super omnes nouit.

Item alij aduocati t procuratores: possūt iniustum ꝓbare esse iustum sophistice: sed non possunt facere. Beatissima autem virgo hoc de iniusticia nostra fecit. ergo pre omnibus improportionabiliter allegare sciuit. Amplius ipsa habet auctoritatem leges condendi t interꝑtandi. Cum enim generalem constitutionem habeat facere papa in omnibus spiritualibus t ecclesiasticis. Extra de constitutionibus capto finali. In temporalibus autem generalem legem potest facere imperator. Io. de legibus t constitutionibus ꝓncipum. l. ij. et l. fi. Beatissima virgo est imperatrix t domina pape t totius mundi. ergo penes ipsam fuit legum conditio t interpretatio t omnia iura in archa cordis clausa habuit vtpote que spiritusancto plena fuit q quem scilicet spiritumsanctum reges regnant t legum conditores iura decernūt Prouerbiorum. viij. capto. ergo Rethoricam sciuit in summo. Tertio q logicam sciuerit in summo: patet: quia hec est vtilissima ad scientiaz sacre scripture. Et ad fidei confirmationem ac hereſum confutationem: atq̄ rationis redditionez de ea que in nobis est fide. ergo cum ista scientia sit maxime necessaria sanctis: per cōsequens beate virgini. Quarto musicaz sciuit: qz tam in veteri q̄ in noua lege erāt cantores t vsus cantus ad cultū dei. Cantus autem recte scitur per musicam. ergo cum ad cultum dei ꝓtineat scientia hec:

ipsa sciuit eam. Item vox virginis benedicte fuit delectabilissima pfectissimo auditui sc̄i christi. ergo eius vox fuit maxie armoniaca. Quinto arismetricam etiam sciuit: quia hec agit de nūeris. Numeri autē in sacra scriptura sunt mistici. Et ꝑm diuersitatem nūeroꝝ diuersa per eos significant misteria: vt patz in ternario: senario: et denario. et sic de aliis sicut in multis scripturis et glosis manifestū est. Preterea in sacra scriptura fiunt computationes annoꝝ: vt de Jacob: ysaac: et aliis. et festa diuersa agūtur ad que necessaria est scientia computi. Hec autem omnia pertinent ad arismetricam: ergo cum ipsa scientia sit necessaria ad sacram scripturam sequit ꝙ beata virgo sciuerit eā. Sexto sciuit geometriam: quia in sacra scriptura diuerse sunt mensure: vt mensura ephi. bathi. chori. modij et similia plura: vt ptz in Ezechiele p̄cipue: vbi est magna valde difficultas de mensuratione tēpli et tabernaculi. De hmōi autem est geometria. ergo eam sciuit. Septimo sciuit astronomiam: quia in sacra scritura agitur de sideribus et stellis Gen̄. i. Sed de his ē scientia astronomie. ergo ipsa est necessaria ad theologiaz: et ꝙ ꝑ̄ns beata virgo sciuit eā. Preterea mathematicā ꝯ pfecte sciuerit: ptz: quia ipsa fuit perfectissima ꝑm affectum. ergo et ꝑm intellectum: sed ipsa ꝙ affectum dilexit omnia diligibilia: ergo sciuit om̄ia scibilia. Item dicitur ꝙ abraā sciuerit hmōi scientias et ꝙ eas ditatus est ergo et beata ꝑ̄go eas scire debuit: cui nullum bonū defuit quod in aliis fuit sanctꝫ.

Insuper phisicam et medicinam ꝙ ipa sciuerit in sūmo: quia per diuersas ꝓpietates lapidum speciez lignoꝝ et aialiū aliorumq; rerum naturaliū diuerse figurantur intelligentie misterioꝝ in sacra scriptura. ergo sine intelligentia rerū naturaliū nō est pfecta intelligentia sacrarū scripturaruz. sed beata virgo perfectissime sciuit sacram scripturam. ergo ꝛc̄. Item summa sciētia medicine est scire curare morbos solo ꝑbo. Juxta illud metrū. Virtus ineſt gēmis magis herbis maxima ꝑbis. et ad hoc nō soluz scire curas morbos corporis sz et anime: et scire vtrosq; sanare ad īmortalitatem. Talem habuit medicine scientiam beata virgo. ergo in summo ꝛc̄.

Amplius hoc claret etiam a maiori arguendo. quia si paganus Aristoteles hoc habuit donū scientie a deo ꝙ sicut hieronimus testatur. ꝓprietates rerum naturaliū nō solum sciuit sed et legendaz libris tradidit. Alij etiam phi et medici. vt Auicēna Galienus Constātinus ypocras ꝛc̄. scierunt et docuerūt rez naturas et virtutes. Quid mirū si deus matri sue id dedit quod et infidelibus bonū p̄stitit: cum ipsa sup oēm creaturam post christi anima plena gratia fuit. Denicq; methaphisicā sciuit ex hec summe necessaria est ad theologiam.

Tertium p̄ncipale dubium adhuc restat vtrum beata virgo sciuit in sūmo totam theologiam. Ad quod et p̄missis oībus patz responsio ꝑm eundem Albertuz ꝙ sic. quia vnctio spiritussancti qua plena erat docebat eam om̄ia. vnde fuit doctrix apostoloꝝ et habet aureolam p̄dicatoꝝ. Hoc autem declaratur ꝙ materiam libri sententiaꝝ. Nam sciuit totum librum sententiarum. Primo quidē libꝝ p̄mū sententiaꝝ. cuius materia reducitur ad duo sc̄z ad materiam de trinitate. Et materiā de p̄destinatione dei et potentia ac voluntate dei. Sed beata virgo p̄ omnibus sciuit et contēplata est deitatem et eius trinitatem personaꝝ: cuius et potentiam et bonitatem in seipsa experta fuit ad salutem oīm p̄destinatoꝝ. Secūdus liber sententiaꝝ agit de angelis et operibus sex dierū atq; de statu hominis. Hec omnia perfectissime sciuit: vt sup̄ claruit. Tertius liber agit de incarnatione verbi et virtutibus. Hec omnia sciuit in sūmo et ꝙ experientiam. Quartus agit de sacramētalibus gratijs et resurrectiōe. Gratias sacramentales dei mater in sūmo habuit: vt tactum est supra. Corpus etiam similimū corporibus resurrectionis habuit. Nam corpora resurrectōis sunt īmunia a culpa et pena. Corpora ꝑ̄o sanctoꝝ in via sūt obnoxia culpe et pene. Inter hec fuit mediū corpus beate virginis. vnde patet ꝙ ꝯ gloriosissima ꝯ felicissima fuerit benedicta virgo maria vere in eius laude deficit omnis mens et lingua. O vere monstruz

celeste: vt ita dicam cum sancto Ignatio. O admirabilis excellentia eius dignitatis t scie. hoc solū superest vt nos miseri humiliter eam deprecemur qūs digni habeamur eā laudare in celo sine fine.

Articulus tertius q gra multiplici plena fuit beata maria: t hic ponuntur .xij. differentie gra

Ertium misterium

t multiplicis gratiositatis. Iuxta nāq; sniam apli varia dona gratiaq; dant p spm̄sanctū. christi discipulis t sanctis. Unde. i. Cor. xij. Alij quidem p spm̄ datur sermo sapie: alij sermo scientie: alij fides in eodem spū: alij gratia sanitatū: alij operatio virtutū: alij pphetia: alij gna linguaq;: alij interpratio ſmonū ꝛc. Et iterum Eph. iiij. Ipse dedit quosdam qdem apostolos: quosdaz autem pphetas. alios vero euangeliſtas: alios autem pastores t doctores ꝛc. Has oēs gratias t plura ei⁹ dona nō est ambigendū fuisse in beata virgine: qm̄ vt dicit hiero. Ceteris p partes marie vero se tota infudit gre plenitudo.

Aduertēdū tm̄ q iuxta nūer. xij. stellarū in corona capitis beate virginis. xij. gratias possumus distinguere quib⁹ ipsa exstat gl̄osa in sūmo post filiū. quaq; primus q̄ ternarius accipit ex pte intellectus t cognitiōis. Secūs ex pte gratificationis: q; pertinent ad gratiam gratūfacientē. Tertius q̄ternarius ex pte eius sublimationis ꝛc.

Prima gratia visionum.
Secunda gratia pphiaq;
Tertia gratia linguaq;
Quarta gra interpratiōis ſmonū.
Quinta gratia donoq;
Sexta gratia beatitudinum
Septima gratia sacramentoq;
Octaua gratia virtutum
Nona gratia dignitatum
Decima gratia officioq;
Undecima gratia aureolarum
Duodecima gratia miraculoq;

Prima stella dicit gratia visionū p t reuelationū. Nam vidit angelos sepissime q vt testat hiero. singulis diebus ei cibū deferebant a deo missum. Sed hic querit vtrū beata virgo viderit angelos t spūalia per spēs pprias

Ad qō rndet ſm Albertū sup missus ē ca. cxxxvij. q sic. Probat. quia ipsa videre potuit spūm increatū p spēm pprīam. ergo t quēlibet aliuz. Unde Grego. Quid est qō nō videat qui videntē oīa videt. sed ipsa vidit videntē oīa. i. diuinā eēntiā g vidit oīa auxilio gre in sua ꝛtēplatione. Itē moyses vidit diuinā eēntiā: vt dicit aug. de videndo deū. Et siliter paulus in raptu scribit vidisse deū t dispositionē celestis hierarchie quā t beato dyonisio reuelauit. ergo multomagis beata virgo vidit deū t statū angeloq; ac triūphantis ecclesie. Item martinus vidit demones. Et iacob angelos qn̄ dixit: castra dei sunt hec ꝛc. ergo concludit q beata virgo que a nullo illustriū vincit in sua ꝛtēplatione qua omnes excessit ꝛtemplatores: poterat videre deum t angelos t demones t aīam pprīam t substantias rer̄ incorpalium p seipsas. Hec Albertus. Secūda gratia pphiaq; qua p̄dicebat futura. Cū enim fuit spūsancto plena: q quidem pphetas t amicos dei cōstituit Sap̄. vij. sequitur q fuit summa pphetaq;. Nā si Joh̄es pluscq; pphetа dictus ē: eo q xp̄m in vtero agnouit t digito demonstrauit. Multomagis beata virgo est pluscq; omnes pphete que nobis christum genauit De ei⁹ pphetia triplici. scz de de p̄terito: de futuro: t de p̄senti occulto habetur libro. ij. pte. i. c. ij. arti. ij. ꝑpe finē. Tertia stella ē gratia linguaq;. licet quippe quidam opinati sint q btā virgo genera linguaq; nō habuerit: q; ipsa ire p mūdum ad p̄dicandū nō debuit Tamen hoc nō obstantimo tenēdū est cū Alberto. c. clx. q beata virgo cum apostolis accepit donum linguaq;. Nam Actuū ij. scribit. Sedit supra singulos eoq; spiritussanct⁹. Sed ipsa fuit cū illis. Et qm̄ vt ait Dam̄. Ipsa a nullo illustrium vincit in aliquo. ergo habuit donū istud cū alijs t p̄ alijs. Item cum diuersis hominibus cōuersabatur: ergo dono lingue indiguit. Preterea ipsa est aduocata oīm: ergo debuit scire linguas singuloq; ꝛc. Quarta gratia interprationis sermonū quod ē

fm glo. scripturas exponere. hāc q̄ habuerit beata virgo: patz: quia vt dictum est supra: omnes scripturas intellexit z apostolis ad eaz refugientibꝫ in quacūcꝫ questiōe exposuit. Unde magistra apostolorꝫ nūcupat. Item Amos. iij. c. scribitur. Non est verbū qđ dñs nō reuelauerit seruis suis. ergo multomagis mr̄i. Quinta gr̄a donorꝫ: quia ipsa habuit oīa dona. ss. in sūmo. Primo q̄dem donū sapientie. qđ ē q̄dā gustus spūalis p̄me veritatꝫ p modū sūme bonitatis. Sz vbicūcꝫ est maior incorruptio z inseparabilior ad deū dilectō ibi est maior p̄iunctio ad ipsum z p ꝫns maior degustatio. sic fuit in x̄gie. Unū Sap. vi. Incorruptio facit p̄ximū deo. Et hugo. Charitas inquit est que vnit amantē cuz amato zc. Secūdo habuit donū intellectus: quia fuit virgo prudentissima: intellectuꝫ illūinatissima a spūsancto: q̄ erat plenissima. Unū z maria. i. illuminata non īmerito est nōiata. Tertio habuit donū ꝯsilij tanꝯ que fuit maxime instructa vnctiōe spūssancti. z fuit p̄fectissima obseruatrix ꝯsilioꝝ. Quarto donū fortitudinis qz vicit deū fortissimū: mortēꝯ z diabolū vt s. patuit de virtute fortitudinis eius.

Quinto donū scie excellentissime vt p̄cedenti misterio declaratū ē. Sexto donū pietatis p quā mouebat ad opa misericordie sūme: vt patuit sup̄ li. iij. p. ij. art. i. z de pietate eius. Septimo habuit donum timoris dñi. quia vbi maior sapia ibi maior timor dñi. Juxta illd ps. Initiū sapie timor dñi. sz ipa būit donū sapie in sūmo igit dono timoris dī plena fuit. Sz q̄r ipsa deū timuerit habet li. ix. p. i. art. iij c. ij. Sexta stella est gr̄a beatitudinū oīm p̄cio ipa i beatitudie pauptatꝫoēs supauit Siliter z in beatitudine mūdicie: vt patuit de x̄gnitib. Item in beatitudine mititatꝫ etiā alios supauit: qz canit ecclia Virgo singularis inter oēs mitis. Item in beatitudie mie: qz ipa est mr̄ z regina mie. Mater mie dr qz ipa ē origo mie dei in x̄po filio ei⁹. Regina etiā mie dr: qz ipa hz in celo p̄tātem mie z gr̄e: vt cui cūcꝫ voluerit eius aduocatiōe p̄stet mia z gr̄a. Beatitudo q̄z esurieī iusticie sūme fuit in ea: qz sūma charitas vt etiā sup̄ patuit. Denicꝫ būit beatitudiez luct⁹ excellēntissime: qz cui⁹ cā nobilior: ei⁹ etiā effectus ē nobilior fm aristo. Sed qz cā luctus in x̄gine fuit nobilior. Oīs em alios ad flendū instigat petīm. Beatā aūt x̄ginē sola charitas. Si aūt q̄rat vtr ipa luxerit p incolatu miserie z dilatiōe p̄ne. Rndet q̄ sic: q: b videt p̄tinere ad charitatis p̄fectionē. cupe. s. dissolui z esse cū x̄po. Juxta illud ap̄li dictamē. Hec Alb. Item beatitudo etiā pacis sūme fuit in beata x̄gine: qz vt dicit glo. sup illud Bti pacifici. Pacifici inq̄t sunt q̄ oīs motus ani rōni subiūgūt qđ sūme fuit in btā x̄gie Insup būit etiā beatitudinē p̄secutōis maximā in filij sui occisione cui⁹ gladius doloris cor ei⁹ p̄trāsiuit. z sic claret q̄ sūmā gr̄az beatitudinū būit z donorꝫ. Septima stella est gr̄a sacrorꝫ q̄ ipa gr̄am oim sacrorꝫ habuit in sūmo patz s. li. eod. p. i. art. ij. Octaua gr̄a virtutū oim: de q̄ patuit e. li. p. ij. art. ij. vbi agit de x̄tutib⁹ ei⁹ theol. z cardi. qbꝫ oibꝫ plena fuit. Nona stella ē gr̄a dignitatū. qz vt canit eccl'ia x̄pa virgo beata est dña mūdi. regina celorꝫ. iparrit angelorꝫ z hoim. de qbꝫ iam⁹ agēt suis locis p̄cipue li. xi. s. de pulegijs. Decima gr̄a officiorꝫ. s. sanctorꝫ. Habuit q̄ppe officium p̄liarcharū: qz mater p̄ncipalis est totius eccl'ie z oim sanctorꝫ. quos omnes in x̄po ipa genuit p regenerationē viuam ex mortuis. Item habuit officium ꝓphetarū: vt dictum est supra. Item apostolorꝫ donū habuit licz ex. xij. apostolis nō fuerit. Apostolorꝫ enim officium fuit esse lucē mundi Ipsa in summo illūinauit mundum non tm̄ voce sed opere: victu: z vestitu innocentiam p̄dicans. ergo in sūmo habuit donum apostolatus: quia apostoli penitentiam: ipsa innocentiam p̄dicauit verbo vestitu victu z opere. Item habuit officiuz euangelistarum: quia scriptum est de ea Luce. ij. Maria conseruabat omnia verba hec: conferens in corde. vbi scilicet totum euangelium condiderat. z euangelistis ipsa reuelabat misterium incarnationis: Sicut dicitur de luca euangelista q̄ ab ipsa didicerit secreta angelice salutationis zc. Item ipsa cum martyribus est martyr. Cū ꝓfessoribꝫ est ꝓfessor x̄pi etiaz sub cruce astās filij sui vsq̄ ad mortē. Cū

ginib⁹ ego. Cū religiosis sume religiōi curam gelice dedita: t cū omnib⁹ plātis t pastoribus ipsa pastoratus habet officium: quia ipsa nos pauit verbo t exemplo: atq; cibo corporis et potu sanguinis filij sui.

Undecima gratia oim aureola: quia ginū martyrū t pdicatoꝝ aureolam possidet: vt patebit libro vltimo. pre. iij. art. iij Unde ptz q mater dei habuerit oēm gratiam ad decoratiōis cumulū: ad perfectionis augmentū: t ad honoris laududisq; i cremētū atz oim bonoꝝ spūaliū cōplemētū. Duodecima gratia miraculoꝝ. Miraculum quippe t si nō facit factum tamē ostendit sm gregoriū. Ipsa miraculū omniū miraculosissimū t nobilissimū sanctissimū t incōparabilissimū fide sua mediā re legitur fecisse, cum ad vnū verbum cōsensus dicente. Ecce ancilla dñi fiat mihi t. deus factus est homo. mater virgo. Et in vtero christus perfectus hō. Insup q ipa habuerit donū miracloꝝ t fecerit miracula in sua vita testant sancti de eius vita historia scribentes. Et pcipue sanctus Germanus dicit q ipsa adeo claruit in vita miraculis q innūeros egros t debiles curauit. t demones ab obsessis effugauit: Qui audito eius nomine solo mox exierunt: et ad eius intuitū horride clamabāt q se ferri vultuz dei matris nō valebant. Refert idem q beata virgo cū vixit: tres mortuos suscitauit. Primo quidem filiū cuiusdaz vidue paupcule qui ei erat vnicus t pullus victu sustentabāt rogata ab ea vt suum filium iesum inuocaret. Dorbeata virgine orante: ille defunctus suscitatur t mri lachrymāti restituit. Itē q̄dā discipulus apostoloꝝ symō appellat⁹ innuptā filiam virginem habens que subita morte decessit. ad beatam virginē flens accessit t rogans. Maria quoq; eam ad vitaz reuocauit que in marie cōsortio remansit vsq; ad eius assumptionē t. Item matrona quedaz Judith nomine christiana: cum geminos simul filios parturiret mortua est. Cuius parentes t amici beatam mariā exorantes ipsa ad corpus accessit t inuocans iesum viuam hanc erexit. Idē etiam Germanus narrat q quedam mulier deuota de nūero fidelium marie nota cū vnicum paulū filium hꝫ eum in agreleo rapit t detulit: hec cum flens filiū diu quesiuisset nec inuenisset accessit ad mariā querendo: cui ipsa. O mulier fiduciam habe in deum iesum filiuz meū qui potēs est tuū natū reddere viuum: sanūq; puerū Dorq; leo sanū ipm reportauit t ante fores matris collocauit. Itez tres iuuenes innocenter ad mortē ꝺdemnati cum ducerent vincti ad mortem multiq; eos sequerent. Quidam christianus air: inuocate dñam mariam t in eius filium credite et saluabimi: quod cū illi fecissent cū lachrymis mariam inuocātes vt eriperent. mox vincula eoꝝ sunt soluta. Et quidaz eoꝝ q eos occidere volebant in fugam versi sūt rapti maligno spiritu. Alij vero lūinis acrisia sunt percussi. t sic illi soluti sūt t abierūt ad mariam: adorantes eam gratias egerūt t fidem christi receperūt. Multa alia refert idē. Ger. que singula longū foret inscribere Hā vt ipe idē testat q̄q; veniebant ad eā curabāt curui: claudi: debiles atq; cecinati: leprosi: paletici: surdi: muti: ydropici. epilentici. febricitantes: t caducū morbū patientes: t fluxum sanguis atq; frenetici. Ex oīi etiam puincia multos t varios languentes ad mariā ducebant t curabant oēs. Per eā q̄z femine plime pgnantes de ptus periculo sunt liberate cū nomen eius inuocabāt. Sed t multi in carceribꝫ t vinculis detenti p ei⁹ merita sunt redēpti. Hec Germanus. O igitur virgo gratiosissima oīi gratia t gloria plena. O dei mater inclita: sub tuū psidium ꝓfugimus ne despice nos in necessitatibus: sed a periculis cūctis libera nos virgo gliosissima Amen.

Incipit liber octauus de sanctissima virginitate marie.

Octauus liber agit de misterio purissime ginitatis bēdicte mris dei. t diuidit i tres ptes. In pma pte agit de ipsa eius certissima t dignissima virginitate. In secūda incidentaliter agit de

eius virginitatis sancta societate seu eius ꝑginalis sponsi vicz Joseph scitate. In terna ag.r de eius ꝑginitatis sūma puritate

Pars prima de verissima dignissimaq; ac approbata virginitate beate Marie

Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filiū. Esa.vij.ca. Pulcerrime ꝓphēta spūsancto edoct⁹ matris dei virginitatē ꝓconisans verbis in ꝓmissis oñdit q̄s dignissimo miraculo dei filius incarnari deberet ex ipsa virgine: vt virgo conciperet et virgo pareret ⁊ deū verꝫ generaret. Ūñ subdit: Quia vocabit inquit nomen eius emanuel qō est nobiscuz deus: de hoc admirando exclamat Origenes in omel. super illud Luce. Cū esset desponsata mat iesu maria dicēs in hec verba: O magne admirationis gratia. O inenarrabil' suauitas. O ineffabile sacramentū. Ipa ē eadē mater. Ipa est eadem virgo. Ipa genitrix ⁊ ipsa ancilla. Ipa est que genuit deū et hoiem. Quis vnq̄ audiuit talia. quis vnq̄ potuit vt virgo esset et mater. Virgo inquā in conceptu: virgo in partu ⁊ ꝑ partū. Immaculata mr̄ ⁊ incorrupta mater vnigeniti filij dei oñi nostri iesu christi qui est in celis ſm diuinitatē in sinu ꝑris et est in terris ſm carnē in sinu mr̄is. in celis de ꝑre sine matre generatus. et in terris de matre sine patre genitus. Hec est illa nouitas Hieremie vaticinio ꝓnūciata Nouū inquit faciet dñs super terram: femina circumdabit virum. O femina sup feminas benedicta: que virum non nouit et virū perfectū christū suo vtero circūdedit. Extat maria cū cōcipit ꝓgo grauida: dum parit virgo puerpera: ⁊ post partum virgo ꝓpetua: preclara illa virginitas et gloriosa fecunditas. De hac eius virginitate Esaias predicens ait: Dabit dñs ipse vobis signuz. vere signū mirabile vere signū amabile ⁊ sūme ad salutē nostrā vtile quia Ecce inquit virgo cōcipiet ⁊c.

Quoniam in parte ista agere intendimus de ipsa virginitate matris dei libet tria misteria de ipsa declarari.

Primū misterū de cōgruitatis
Scōm misterū dicit dignitatis
Tertiū misterū de attestabilitatis

Articulus primus q̄ sūme cōgruebat atq; decebat vt mater filij dei foret veraciter virgo ꝓpetua et hoc rationibus quinq; infrascriptis.

Arca primū misterū. s. cogruitatis inuestigabim⁹ vñ istud cōgruebat vel q̄re decuerit: vt dei mr̄ foret ꝓgo ꝓpetua cū de⁹ eque poterat nasci et ꝓcipi de matre ꝓlugata. Et quo ad hoc pōt taliter argui: Primo ꝓsupponit q̄ si hō non peccasset nihilominꝰ de⁹ icarnatus fuisset: tum rōne nimie dilectionis quia nō minus diligēdus erat homo ante lapsum q̄ post. Ūñ Joh.iij. Sic deus dilexit mundū vt filium suū vnige. daret. ⁊c. cū etiā rōne perfectionis vniuersi: alias em̄ defecisset in vniuerso quart⁹ mod⁹ ꝑducēdi hoiem scz de muliere sine viro ⁊c. ⁊ hanc viam tenet Scotus sup. iij. di. vij.

Secundo ꝓsupponitur q̄ si homo nō peccasset non nisi electi fuissent generati. Unde Greg⁹. li. xiij. moral. dicit: Si ꝑmi parentes non peccassent: nequaq̄ ex se filios gehēne generassent Hec ille. Tertio ꝓsupponitur q̄ si non peccassent i paradiso homies omēs vsi fuissent mr̄imonio vt implerent ꝓceptum domini Crescite ⁊ multiplicamī. Gen. j. quia oēs multiplicationi speciei dedissent operam: ce q̄ ꝓceptū dñi ꝓscriptū. s. crescite ⁊ multiplicamī dictū ē ꝑ oī posteritate ade ſm Rich. in scdo di. xx. q. ij. arti. i. Verūtamen sine omni petō et macula in paradiso carnali copula conuenissent ⁊ fuisset ibi thor⁹ immaculatus ⁊ cōmixtio sine ſconcupiscētia vt ait magister scdo eadē di. xx. c. ij. ⁊ Augustin⁹ super Gen. ad ꝓbat. Quarto ꝓsupponitur q̄ si non peccassent in paradiso tot fuissent mares quot fem. Hoc ostenditur ſm ſntiam Bonauen. ⁊ Rich. super scdo vbi supra breuiter sic. quia eque in/

quit omnes vſi fuiſſent matrimonio in paradiſo vt implerent illud preceptum dñi. Creſcite et multiplicamini. et quoniã in illo ſtatu nullus maſcul⁹ habuiſſet plures vxores cũ inſpiratione ſpiritusſancti dixit adam. Gene. ij. Erunt duo in carne vna Nulla etiã mulier fuiſſet ſine viro nec vir ſine muliere: nec vna plures viros habuiſſent vt duo tantũ eſſent in carne vna: nec aliquis aut aliqua mortem ſenſiſſet. ſeqꝫ q̃ tot mares naſcerent quot femine ſi adã non peccaſſet nec aliquis de ſtirpe eius. cõcor. Tho. Iſtis ſuppoſitionibus habitis xp̃s dei filius in paradiſo carnem aſſumens non videtur quomodo de virgine eam aſſumpſiſſet ſed ex matrimonio.

Quod ſi pro illo ſtatu hoc congruiſſet. cur et pro iſto ſtatu moderno id nõ decẽs fuiſſet. Ad quod protinus reſpondendo dico ſaluo meliori iudicio admittẽdo omnes dictas preſuppoſitiones q̃ in illo ſtatu. ſ. innocẽtie cũ cõpletus fuiſſet numerus electorũ in fine generationis humane ſeu propagationis vltimo geniti homies non conueniſſent carnali copula ſed in virginitate puriſſima perſtitiſſent. cum ſcientes impletum numerum electorum nouiſſent quia non foret opus vt prolem generarẽt. cum matrimonium non fuerat inſtitutus in paradiſo ante peccatum per illud preceptus: Creſcite et multiplicamini: niſi p̃ter officium: ſcilicet cauſa ſobolis procreande ad cultum dei ſm doctores ſup quarto. Potuiſſet ergo fieri vt chriſtus in vltime generationis tempore veniſſet: vel forte ſi antea tunc reuelando certificaſſet ſuam matrem de virginitate ſeruanda. Vnde poſito q̃ et ſi homo non peccaſſet chriſtus incarnatus fuiſſet nihilomin⁹ ex virgine maria ſine virili ſemine: licet in illo ſtatu non aſſumpſiſſet chriſtus corp⁹ paſſibile. quia non fuiſſet neceſſarium p̃ redemptione hominis eum mori: nec aliqs de ſolis electis eum occidiſſet. Notandum vero eſt q̃ chriſtus aſſumere carnez poterat quidem etiam pro ſtatu moderno de corrupta vel coniugata ex viro et muliere ſm legẽ nate inſtitute in paradiſo. ſed non decebat. immo ſũme erat congruum vt de incorrupta virgine ſpiritusſãcto operante conciperetur et naſceretur precipue quinq̃ rationibus. quas ponunt Bonauen. Richar. Tho. et concordãt doctores ſuper tertio di. xij.

Prima ro accipit ex pte prolis
Secunda ex parte matris
Tertia ex parte patris
Quarta ex pte finis diuine incarnatiõis
Quinta ex pte vniuerſalis pfectõis

Prima ratio ex parte prolis. i. filij dei Nã filius dei ẽ verbũ p̃ris eterni qui naſcitur ab eo per incorruptionem: ſicut verbũ abſq̃ omni cordis corruptione cõcipitur et in vocem ſine corruptione egreditur et oritur. ab ore quoq̃ abſq̃ carnis corrupti one profertur. propter quod Joh. i. In p̃ncipio erat verbũ et verbum erat apud deũ et deus erat verbum. Quia ergo chriſti caro ſic fuit ex virgine aſſumpta. vt eſſet caro verbi dei. Ideo conueniens fuit vt ſine corruptione matris conciperetur et pareretur de incorrupto virginis vtero. Vnde Auguſtin⁹ in ſermone. xliij. de natiuitate chriſti dicit: Maria mater chriſti electa ẽ ſuper omnes creaturas et preelecta: vt de mundiſſima matre mundiſſimus naſceretur filius. quia ſicut in celo habuit chriſt⁹ patrem immortalem et incorruptibilẽ: ſic et in terra habuit matrem omni corrupti one carentem. igitur in celo qualis eſt pater talis eſt filius. ſic et in terra qualis eſt mater talis ſm carnem eſt filius. Hec ille. Secunda ratio accipitur ex parte matris. Congruum eñ erat vt dei mater ſumma dignitate honoraretur. quia hoc ſpectat ad honorem filij. Vnde et Exod. xx. preceptũ diuinum eſt Honora patrem et matrem. Hinc dei filius in mũdo orãs honorem matris non debuit violare vel diminuere. ſed quia dignitas virginalis in eccleſia preceliori eſt alijs. ergo illa debuit matri dei attribui. Vñ ſi chriſtus matris ſue virginitatẽ permiſiſſet violari vel ante partum vel in partu vel poſt partum eoipſo matris dignitatem violaſſet et ſuã honorem minoraſſet qõ non expedit chriſto. quia ſcriptum eſt Prouer. xv. Stult⁹ homo deſpicit matrem ſuam. et eiuſdem

ca. xvii. Gloria filiorum parentes eorum.

Tertia ratio accipitur ex parte dei patris. vt scilicet ipsi deo patri seruaretur dignitas. quia cum christus sit verus deus non fuit conueniens vt alium patrem haberet q̄ deumnine dignitas paterna transferretur ad alium. Quarta ratio accipitur ex parte finis incarnationis. nam ad hoc fuit incarnatus christus vt homines in filios dei transferrentur et renascerētur. Vnde Joh. i. Dedit eis filios dei fieri his q̄ credunt in nomine eius. sed hi non ex sanguinibus neq̄ ex voluntate carnis: neq̄ ex volūtate viri nati sunt vel nascuntur: sed ex deo id est dei virtute qua fit vt boies spiritualiter renascantur in deo. Nota autem q̄ fm Nicolaum de lyra per carnem hic intelligitur mulier iuxta illud Gen. ij. Os ex ossibus meis et caro de carne mea quia femina parum participat de ratione respectu viri. Filij ergo dei nō debebāt generari vel nasci volūtate carnis et viri. id est cognitione maris et femine. vnde propter hunc finem incarnationis significandum oportebat christum nasci de virgine virtute diuina spiritussancti. Hinc Augustin⁹ libro de sancta virginitate ait O portebat caput nostrum: scilicet christum insigni miraculo fm corpus nasci de virgine: vt significaret membra sua de virgine ecclesia nascitura fm spiritū. Idem in sermone de natiuitate dicit: Fas inquit non erat vt per eius aduentum tolleretur matris virginitas: qui veniebat nos a corruptione sanare Hec ille. Quinta ratio vniuersalis perfectionis: que est excerpta ab Anselmo libro. i. Cur deus homo. Quattuor inquit modis poterat deus hominē facere. Primo sine viro et sine muliere: sicut fecit adā ex terra. Secundo ex viro sine muliere: sicut fecit euam de viri latere. Tertio ex viro et muliere sicut cōmuniter oēs nos habemus nasci Quarto ex muliere sine viro. Quoniam autem primi tres modi in mūdo p̄cesserant oportebat ad complementum et perfectionem vniuersi quartus modum inducere vt fieret homo ex virgine sine viro miraculosa spiritussancti operatione: qō completum est in christi incarnatione. O igitur diuine sapientie abyssus q̄ congruentissimo modo in omnibus supra infirme nostre mentis capacitatem operaris. O homo o fidelis alia pensa diligēter. q̄ pro te maxima et indicibilia de⁹ voluit facere vt eā te redimeret non horruit virginis vterum ingredi: ex ea nasci et per eā educari. O gloriosissima domina virgo maria: vere omni laude es dignissima. vtpote dei mater p̄electa ꝛc. vere virgo sūbenedicta multum tibi debemus regratiari et seruire q̄ ex te ortus est sol iusticie christus de⁹ noster. O igitur domina nostra ora p̄ nobis

Articulus secūdus de priuilegiis honoris et gloriе quibus p̄ dotata et dignificata est virginitas marie

Secundum misterium dicit dignitatis. Rectora virginitas beate marie est maxime dignitatis vtpote maximis priuilegiis et bonis predotata. Vt autem plura sub breuitate perstringamus: quinq̄ precipua notabimus que faciunt ad excellentiā dignitatis eius virginitatis.

Primum est quia eius virginitas est omnium prima.
Secundum quia eius virginitas est purissima
Tertium quia est deo secunda et sic singularissima
Quartum est quia est omnium miraculosissima.
Quintum est quia est omnium fructuosissima.

Primum itaq̄ priuilegium dignitatis ipsius virginitatis beate marie est: quia est omnium prima Vnd ipa est virgo virginum appellata. q̄ ipsi optime congruit triplici ratione.

Primo ratione primationis
Secundo ratione significationis
Tertio ratione prelationis.

Primo ratione primationis: quia nec

primā similē visa'est nec habere'sequentē vt canit ecclesia. Merito igitur dicit virgo virginū maria. quia est omnium virginā mater virginitate ꝑma vel primicerio. quoniā sine precepto consilio et exemplo primo omniū gloriosum munus virginitatis deo obtulit per quod ⁊ omnes virgines per imitationem in virginitate genuit. Hinc ps. Adducentur regi virgines post eam, primi eius afferentur tibi Ō si petas ⁊ dicas. Cur non magis christo attribuitur hoc priuilegium ꝙ dicat virgo virginum cum christi virginitas sit excellentissima ⁊ dignissima. vtpote deo vnita vnione personali Ad hoc respōdetur ꝑm magnū Albertū super missus est cap. clxxxvij. ꝙ hoc nomen virgo virginū christo nō conuenit licz christi virginitas omniū virginitatem etiam matris precellat. quia ipse christus non fuit primus virginū tempe. Sed ipsius mater. que primo per votum virginitatis obꝓbrium abstulit sterilitatis ⁊ eam in se consecrauit. ipa quoq; ꝟgo deum genuit que ⁊ fecunda extitit ⁊ virginitatem perpetuā vouit et tenuit. sicut claret in decretis. xxvij. q. ij. ca. i. vbi dicitur ꝙ beata ꝟgo maria vouit virginitatem perpetuam. christo autem hoc non conuenit cum in sua virginitate non genuit deū: sz ipe de⁹ ver⁹ extitit ⁊c. Secundo beata virgo dicit virgo virginū ratione significationis. quia in huiusmodi locutionibus significatur excellentia ꝑm grāmaticos vt cum dicit: flos florum: id ē excellens omnes flores alios. Quia autē beata virgo excellit omnes alias virgies in castitate ⁊ fecunditate que simul in nulla, alia virgine ⁊ in nullo inueniunt. ergo ipa merito virgo virginū dicit Tertio ratione ꝓpriōis quia ipsa est regina ⁊ domina oim aliarum virginum, ⁊ ipsam p⁹ xp̄m in celo sequunt, tanq; dominā omēs alie virgines. vnde canticoꝝ. i. In odorē vnguentorū tuorū, currimus adolescētule dilexerūt te nimis. Et Apoca. xiiij. Hi sequuntur agnum quocunq; ierit virgines em̄ sunt ⁊c. Secundū priuilegium virginitatis beate marie est quia est purissima cui⁹ virginis puritas tanta ē ꝙ maior sub deo nequit intelligi. vt ait Anselm⁹ libro de conceptu virginali. Maior ergo et purior est eius virginitas omniuz virginitate post xp̄m etiam virginitate angelorum: de hac eius puritate lati⁹ patebit parte vitia huius libri Sed hic questio oritur. Quomō virginitas marie precellebat angelorum virginitatem cum illoruz virginitas sit in deiformori luce glorie ⁊ gratie ⁊ in natura spirituali. Beate autez virginis virginitas in corporali natura q̄ minus pura est spirituali. quia minorē cō uenientiaz habet ad summam lucem spiritualem que deus est qui lux est in quo tenebre non sunt vlle. i. Joh. ij. Vnde sicut anima sensibilis purior est q̄ꝫ vegetatiua. Et rationalis purior q̄ꝫ sensibilis: ita angelica natura purior est q̄ꝫ humana. Ad quod facit ꝙ Dionisius libro de angelica hierarchia Angelum dicit esse speculum purissimum in qno summe relucet imago diuine puritatis ⁊ claritatis. Et per consequens virginitas beate marie fuit inferioris puritatis et minoris gradus virginitate angelorum Ad quod breuiter respondetur ꝙ virginitas et puritas angelorum licet sit maior ꝑm naturaz q̄ꝫ humana beate virginis. Scōm tamen gratiā q̄ est quasi lumen creatum p̄cedēs a luce increata aliter est. qz vbi maior est participatio gratie ibi maior ad primam lucem appropinquatio. q̄ vbi maior gra vel sūma: ibi maior appinq̄tio et in sūmo ibi et puritas i sūmo. sed in btā virgine respectu omnium creaturaꝝ alioruz non vnitarū fuit gratia in sūmo ergo appropinquatio ad primam lucem in sūmo et per consequens puritas in summo. Licet autem in beatissima virgine ꝑm statū vie fuerit gratia minus deiformis q̄ꝫ in angelis quantuz ad actum. quia in illis fuit ꝑm statum patrie. in virgine ꝑm statum vie: tamen quantū ad substantiam gratia in beata virgine fuit deiformior q̄ꝫ in angelis. sicut patebit cum de charitate beate virginis agetur libro. ix. de hoc latius.

Notandum autez ꝙ virginitas hominis precellit virginitatem angelicam in quattuor. in quibus beate virginis virginitas precellebat in supmo prout Albertus magnus dicit supermissus est.

Primo quia virginitas homi
nis est multiplicior
Secundo quia est nobilior
Terno quia est glorioso r
Quarto quia est fructuosior

Primo precellit virginitas humana q̄ est multiplicior q̄ angelica. Nam angeli/ca virginitas est simplex in spirituali tan tum eorum natura. humana vero duplex quia in corpore r anima quorū vtrūq; sū/me fuit in benedicta maria. Vñ. xxxij. q. v ca. Sicut enī Crisostom⁹ dicit. q illa est gloriosa in corpore virginitas quā cōple/ctitur sancti ꝓpositi voluntas. Secūdo quia est nobilior. naz angelica virginitas ex natura est: humana ex gratia que nobi lior est q̄ natura. Hinc Bernardus. Dī⁹ inquit gaudeo bone ieſu angelis supferri ex gratia tua q̄ angelum fuisse ex natura Hec ille Terno quia est glorioſior cū virginitas angelica est sine omnis pugne victoria. Ista autē scilicet hūana cuz glo/ſa pugne victoria. Vñ glo. i. Lor. vij. dic Maior ē inq̄t victoria virginū q̄ angelo rum. angeli enī sine carne viuunt: virgines vero in carne triūphāt Hec ibi Quar/to q̄ est fructuosior Angelica enī nō mere tur: cum angeli non sint in statu merendi premium essentiale: homo autem ꝓ virgi nitate meretur dupliciter: scilicet in corpo re r anima r insuper aureolam que nō da tur angelis: sed hominibus virginibus. propter quod quidaz in vitis patrum legi/tur dixisse se nolle q̄ deus fecisset eum an/gelum. quin potius velle q̄ factus est ho/mo: sciens quia plus potest mereri homo q̄ multi angeli. Vñ bis omibus modis precellit imꝓportionabiliter super omnes virginitas marie. Tertium priuilegi um dignitatis ipsius virginitatis beate marie est quia est deo fecunda r per conse quēs singularissima et glorioſissima. Vñ de ipa canit in eccleſia. Virgo singularis inter omnes mitis. Et iterum O glorio/ſissima domina excelsa super sidera: qui te creauit puide lactasti sacro vbere. Propt quod Damas. vocat eā ꝓginē theorocos in greco: qđ sonat mr dei vel genitrix dei in latino. In hoc priuilegio excellit omnē creaturam angelicam r humanam. quia cum alq̄ dicantur serui dei vel amici chri/ſti aut fratres r coheredes: Ipa sola dici/tur mater dei naturalis Et de hoc queſti/ones pulchre tracte sunt libro. q. pre. i. ar. i.

Quartum priuilegiuz virginitatis ma rie. quia est omniuz miraculoſissima quia q̄ virgo est r mater non quidem tantū ho minis sed et dei est omnium neueruz no/uissimuz r miraculoruz maximum. vt ait Dionisius Unde merito de ea dicitur illd Eccl. xliij. Vas admirabile opus excelsi. Nimiruz valde mirabile esset vas qđ ma ius seipso continet. r hoc ē in beata virgi/ne. Vñ canit ecclesia: Virgo dei genitrix quem totus non capit orbis in tua se clau sit viscera fact⁹ homo. Fre vas esset mi/rabile: qđ vinum et aquam simul sine in/terstitione et tamen sine cōmixtione con/tineret. Sic beata virgo vinum diuinita/tis et aquam humanitatis sine mixtione confusionis naturarum continuit. Unde canit ecclesia: Mirabile misterium decla ratur deus homo factus est: id quod fuit permansit r quod non erat assumpsit non cōmixtionē passus neq; diuisionē. Fre vas esset mirabile quod manens clausum omīa in se reciperet r clausum effunderet Illud autem sanctissimum vas est beata virgo que deuz concepit virgo r post grū virgo permansit. Multa alia miracula q̄ fuerunt in conceptu eius virginali: tacta sunt libro. i. pre vlt. arti. iij. tc. Quin/tū priuilegium virginitatis marie est quia ei⁹ virginitas extitit fructuosissima. Un de canit eccleſia: Benedicta filia tua do/mino. quia per te fructum vite cōmunica/uimus. Reuera per eius virginitatez de/um fratrem habem⁹ r eterne vite partici/pes effecti sumus. Et vt ait Anſhelmus libro de conceptu beate virginis. Omne inquit bonum ad quod homo condit⁹ fue rat perdidit in adam: et idē ipsum bonū multo excellentius r felicius recuperauit hūana natura per mariā. Nimiruz septē bona precipua perdidimus in adam que recuperauimus per virginem mariam fe/liciſſime. Primum est peccati immuni/tas r innocentia quaz peccando perdidit

homo:hoc maria felicius in filio repara/ uit cum ipm met deum pro peccatis no/ stris satisfaciendum obtulit ꝓpter qō Gre/ gorius dicit:Felix culpa qne talem z tan/ tum meruit redemptorem. Secundu3 bonum est sanitas.nunquā em in statu in/ nocentie manens homo fuisset infirmat9 aut aliquem morbum passus.vt volūt do/ ctores super scdo.hanc felicissime recupe/ rauit hō p mariā p quā obtinuit vt veniat ad resurrectionem gloriosam et supernaz patriam.vbi vt habetur Apocal.xxi.Ab/ sterget deus omnem lachrymā ab oculis sanctorum:et iam non erit amplius nec9 luct9 nec9 clamor ꝛ3 nec vllus dolor Ter/ tium bonum qō perdidimus est impassi/ bilitas.quia corpus hominis in illo statu preseruabatur ne pateretur lesionē ab ali/ quo duro puta gladio lapide ligno vel fer/ ro ꝛc. Nec etiam pateretur frigus vel ca/ lorem:sed viueret in maxima temperan/ tia.et hoc partim per ꝓpriam rationez per quam vita esset noctua:partim per diuinaz prouidentiaz que ipsuz sic tuebatur vt nil ei occurreret a quo lederetur.vt vult ma/ gister et docto.in scdo. Hoc felicissime re/ cuperauit homo per virginem mariā per cuius fructum virginalem habebim9 in futuro dotem impassibilitatis. Quar/ tum bonum qō perdidimus est immorta/ litas.quia si non peccasset adam nunquā mortis nexū incurrisset homo.vt vult Au/ gustinus libro de questionibus veteris et noui testamenti. Hanc glorioissime recu/ perauimus per mariam per quaz celestis glorie et vite sempiterne aperta est nobis ianua mediāte ei9 fructu sacratissime vir/ ginitatis:id est christo. Quintum bo/ num omnis defectus incomoditatis ztur/ pitudinis elongatio: que fuisset in para/ diso si nō peccasset homo. Nam et dormi/ misset absq omni brutali turpitudine nec in sumēdo cibum fuisset passus quo ad di/ gestionem in stomacho vel capite aliquē defectum vel incōmoditatem.et licet in ci/ bo assumpto fuisset aliqua fimulnea vel impuritas que non fuisset in nutrimentū hominis conuersa.vnde superfluitates emi/ sisset.tamen fuisset diuinitus prouisuz ne aliqua turpitudo seu indecentia aut fetor ex hoc resultaret: nec quo ad corporis nu/ ditatem nec alias aliquem defectum aut turpitudinem homo passus fuisset. veruz per virginem mariam obtinuimus cele/ stem patrem:vbi erimus sicut angeli i ce/ lo vbi aberit omnis defectus:omis defor/ mitas et indecentia:z aderit omne bonū vt ait Augustinus. Septum bonum qō perdidimus in adam est libertas non enim homo homī dominatus fuisset: nūc vero felicissimam venimus in libertatem filiorum dei per fructum virginis marie. quia sumus filij z heredes dei coheredes autem christi Romano.viij. Septimū bonum sapiētie et scientie limpiditas.cla/ riorem em habuissemus cognitionem de deo de angelis z ō creaturis q̄ mō Unde Augustin9.xi.super Gen.ad litteram di/ cit. Fortassis deus primis hominibus lo/ quebatur antea:sicut cum angelis loquit/ ipsa veritate inmutabili illustrans men/ tes eorum: etsi non tanta participatione diuine essentie q̄nta capiunt angeli. Hec ille. Hoc bonum felicissime recuperatum est per mariam per cui9 fructum virgina/ lem illuminati sumus in fide et tandem veniemus ad clarissimum lumen visiōis diuine. O igitur felicissima virgo maria merito tibi dixit angelus. Luce.i. Inueni/ sti graciam apud dominū:quoniaz omnē gratiā quā in adam amisimus: tu inueni/ sti et inuentam nobis restituisti. O glo/ riosissima domina.quid laudis:quid gra/ tiarum actionis:quid ꝛc seruitutis tibi re/ tribuamus ꝛc. vere toto posse tibi seruire et te laudare obligamur ꝛc.

Articulus tertius q̄ virginitatem beate Marie attestantur et approbant plurima testimonia et precipue duodecim genera rum.

Certium misteri/ um hic declarandum dicitur Attestabilitatis.vt em mēs humana infirma et ad credē

dum tarda solidetur in fide catholica: et certius agnoscat virginitatem veritissimaz beatissime marie: Juxta numerū duodecim stellarum in corona capitis eius duodecim testimonia t firmamenta fidei ei⁹ describuntur quibus attestatur t approbatur ipsius beate marie virginitas et his tanc̄ duodecim stellis attestantibus suaz virginitatem ipsa gloriatur: que quidem in tribus quaternarys ordinantur. vt patet intuenti.

Primū testimoniū ōz figurarū diuinarum multiplicitas
Scōm pphetiaz diuersitas
Tertiū scripturaz ꝓcoꝝ veritas
Quartū eccle sanctoz auctoritas
Quintū angelorū infallibilitas
Sextū testiū irreprehensibilitas
Septimū rationum theologorum confirmabilitas
Octauū fidei xp̄ianoz stabilitas
Nonū gentiliū scripturaz plalitas
Decimū phicaz rez exēplaritas
Undecimum mundialium hominum credulitas
Duodecimū miraculoz limpiditas

Capitulum I

Rima itaq; stella testimoniū dās p virginitati marie dicitur diuinarum figurarū multiplicitas quod certe testimoniū est infallibile. quia cum deus sit summa veritas t bonitas vt cōmunis conceptio est omniū etiam phoz: nec igitur falli nec fallere potest. Deus autem in sua lege per multas figuras p̄ostē dit: quia virgo deum generare debuit. igitur tc̄. Innumerabiles autē figure huius a deo premonstrate sunt. vt patet p totum campum veteris legis t per singlos patriarchas ex quibus hic aliqua producamus multis alijs resecatis causa brevitatis. Primū in adam preostensa tc̄ virginitas marie. qa sicut primus ipse homo de virginea terra formatus est. sta secundus adam christus de virginea carne formari debuit. Item in eua que virgo existens mundum damnauit. ergo virgo deum concipiens ab angelo salutata mundum saluare debuit. Unde dixit dominꝰ in figuram huius: Ipsa conteret caput tuū: loquēs ad serpentem: quasi diceret. ipam virginē decepisti ergo t virgo conteret caput tuum. Item Abel in virginitate fm Augustinum acceptus erat deo. Respexit inquit dominus ad Abel t ad munera eius. ad significandum quia munera virginitatis summe accepta sunt deo in maria. Item Enoch in paradisum deliciarum est translatus: ad figurandum. quia in vterum virginis tanc̄ in paradisū puritatis t sanctitatis q̄ sunt delicie dei trāstulit se ipse deus qui nō habitat in corpore subdito peccatis Sap. i. ca. Sed nascitur inter lilia virginitatis. Cantice. ii.

Item Noe hoc preostensum est cuz accepit mandatum faciendi archam in qua genus humanum saluaretur a diluuio et dictum est eidem: Fenestram in archa facies t in cubito consūmabis eam. Erem fenestra fm doctores fuit vitrea vel cristallina que lumen sine sui corruptiōe recipere t aquam ab instillatione in archā vel subintratione p̄hiberet Unde archa figurauit ecclesiam extra quā non est salus hominū. teste d̄ppe saluatore Mat. vij. Arta é via q̄ ducit ad vitā t pauci sūt q̄ inue. eā tc̄. Fenestra per quam illuminatur archa id est ecclesia ē beata virgo maria que interp̄tat illūiatrix: p quā verū lumē. i. christus sine corruptione virginitatis ei⁹ tāc̄ lux solaris sine vitri corruptione intrauit.

Denic̄ hoc preostensum est eidem q̄n columba ad vesperam portans ramū olive virentibus foliis in ore annūciauit cessasse aqs diluuij. Colūba em figurat puritatē. q; pura et mūda amat loca. Sz t virentia folia arboris virginitatem significant marie, que pacem a deo redditaz hominibus annunciauit: vergente mundi vespere cum christuz in vtero portauit tc̄.

Item hoc preostensum est abrae quādo filium suum ysaac genuit per repromissionem miraculose: diuina virtute faciente.

Item Jacob quando vidit scalā cui⁹ sūmitas celos tāgebat t oēs innixi scale et descendentes angelos tc̄. Scala hec est maria cui dominus est innixus per incarnationem: ab ea angeli per eius virginita

tem pace firmata cum homine ad nos de
scēdunt. Et vt ait Hieronym⁹ Semp an
gelis cognata est virginitas Ūñ per hoc
figurata est virginitas marie. Jtē moy
ses videns rubū ardentem non cōburi in
quo apparuit de⁹ intellexit cōseruatā vir
ginitatem dei genitricis. Jtē Aaron vir
ga que floruit sicca ꝓmanēte. Nūeri. xvij.
figurat virginitatē marie Et vt breui
ter plura complectar omēs figure veteris
testamenti huic rei ꝯcordāt quas si velle
mus ante deficerem⁹ ēē per singula enar
rare possemus ꝛc. Ca. II.

Secunda stella dicitur ꝓphetiarum
s claritas. Cum em vt ait petrus. ij
canonica. i. ca. Non volūtate hūa
na est allata ꝓphetia sed spiritusancto in
spirante. clarum est eorum testimonium
esse certissimū. Hoc vero per omniū ꝓphe
tarū ora clamauit spūssanctus. qz ẏgo de
um debuit cōcipere. Ūñ Esa. vi. Egre
dietur virga ō radice iesse ꝛ flos ꝛc. Flos
em sine corruptione ex virga generat. ita
christus ex virgine. Jtem ca. vij. Ecce vir
go cōcipiet ꝛc. Jtē Hieremie. xxxi. No
uum faciet dominus super terram: Femi
na circūdabit virum. hoc certum nouum
fuit in mundo vt virgo conciperet virum
quia nec similez visa est nec habere sequē
tem. Jtē ezechiel. xliij. Porta hec clau
sa erit ꝛ vir non pertrāsibit per eā. quia do
minus deus ingressus est per eā ꝛc. Jtē
hoc significat daniel cap. ij. in lapide pci
so sine manibus ꝛ in multis alijs prophe
tijs de quibus quia longum est scribere ꝓ
transeo. Capitulum III

Tertia stella dicitur scripturarum
t cōcors veritas. Nam em Scotus
in plogo li. sñia ꝓ. q. ij. Jn nō euidē
tibus ex terminis nec ex principijs euidē
tiam habentibus non consonant firmiter
et infallibiliter ac generaliter multi. diuer
simode dispositi nisi a causa superiore ip
sorum intellectus inclinetur ad assensum
Sed scriptores canonice scripture varie
dispositi ꝛ varijs temporibus existētes in
tali non euidenti videlicet ꝙ virgo deum
generaret ꝛ alijs articulis fidei omino cō
sonabant ꝛ consonant. Jdeo sequitur ꝙ ip
si a causa superiori: id est a deo dirigātur
et diriguntur qui non potest esse autor fal
si. talis cum sit summa veritas. Mirum
huius rationis maior probatur per Au
gustinū. xviij. de ciuita. dei. ca. xlij. dicentē
Necꝫ inquit in multitudine philosopho
rū facile quis inuenit inter quos multa
que senserunt qui conueniant: labore nem
pe nimio munimenta suorum dogmatuꝫ
sibi reliquerunt que discipuli legentes: li
cet in aliquibus essent assentientes priori
bus tanquā discipuli. alia tamen impba
uerunt ꝛ quandoꝙ discipuli contradixe
runt fere per omnia magistro vt Aristote
les platoni ꝛc. Quomō ergo non con
tradixissent posteriores nostri sancti prio
ribus patribus in aliquibus ad fidem ꝑ
tinentibus si non habuissent doctorē cōm
munē eorum intellectum ad eadē nō eui
dentia inclinantem. etenim totum vet⁹ te
stamentum ꝛ nouum omniumꝙ doctoꝝ
scripta sanctorū a principio vsꝙ chri
stum ꝛ a christo vsꝙ modo concordāt nec
in his que fidei sunt ꝛ legis in puncto di
scordant. licet in opinionibus probabilib⁹
que fidē non corrūpūt aliter ꝛ alit senserit
Propterea Leo papa in sermone de octa
ua natiuitatis dñi dicit sic: Diuina au
toritas est cui credimus: diuina est doctri
na quā sequimur. quoniā siue legis testifi
cationi. siue oraculis ꝓphetarū: siue euan
gelice tube auditum admoueamus vtiqꝫ
verum est quod beatus Jobannes spiritu
sancto plenus intonuit. Jn principio erat
verbum ꝛ verbum erat apud deum ꝛ de⁹
erat verbum. Et illud qō adiecit. et ẏbuꝫ
caro factum est: ꝛ habi. ꝛc. Ca. IIII.

Quarta stella est ecclesie sanctoruꝫ
q auctoritas. quia nempe ecclesia
catholica a spiritusancto dirigit ꝛ
regitur. iuxta illud Math. x. Non em vos
estis qui loquimini sed spiritus patris ve
stri qui loquitur in vobis. Ūñ patet quia
ipsa errare non potest in fide quia spiritu
sancto inspirante locuti sunt sancti dei ho
mines eccle sez fundatores. ij. Pe. i. Ad
quod faciunt iura. xxiiij. q. i. A recta in fe
de. xxv. q. i. Violatores. Jtez xi. di. Quis
in fi. Et. xij. di. ca. i. et ca. se. Sed quia tota.

ecclesia catholica hanc fidem dogmatisauit ⁊ credit. Omnes quoq; sancti a principio in hac fide sunt saluati. Nullus vero extra fidem ecclesie catholice saluari potest aut sanctificari: vt patet. xxiij. q. i. alienus. Item. xxiij. q. iij. ipa pietas. Et extra de hereticis cap. firmissime. igitur hec fides est verissima.

Capitulum. V.

Q Vinta stella angeloꝝ infallibilitas. Angeli quippe dei cum sint noticia dei pleni nō possunt falli. Sed ipi infallibile testimonium ferunt de virginitate marie ⁊ diuinitate dñi nri iesu. igitur ⁊c

Q Vare angeli testentur virginalē conceptum domine: claret in plurimis locis veteris ⁊ noui testamenti quibus plurimi angeli legunt id testasse. Et vt de ceteris pertranseam: aliquos tantūmodo angelos in medium pducam. Quid aliud nēpe angelus dñi apparēs Danieli: vt patet eius ca. ix. testat cum ait: Septuaginta inquit hebdomades abbreuiate sūt super populum tuum ⁊ super vrbem sanctā vt consumet̄ p̄uaricatio et finem accipiat peccatum ⁊ adducatur iustitia sempiterna: ⁊ impleatur visio ⁊ pphetia ⁊ vngatur sanctussanctoꝝ. i. christus qui vnctiōc spiritussancti plenus: a spiritusancto conceptus est iuxta p̄teritas visiones ⁊ pphetias ⁊c. Item in nouo testamēto angelus Gabriel testatus est cum requisitus est a virgine benedicta de sacramento incarnationis. Quō inquit fiet istud: qm̄ virum nō cognosco. Respōdit. Spiritussanctus supueniet in te ⁊c. Luce. primo. Preterea Angelus ille qui apparuit ioseph quādo volebat occulte dimittere mariā testimoniū reddidit: cum ait: Noli timere accipere mariam cōiugem tuam. Quod em̄ in ea natum est de spiritusancto est. Dath. primo. Cui testimonio supaddit̄ ⁊ ptestatio quā fecit angelus apparens pastoribus in die natiuitatis dñi: nocte omnis ille exercitus angeloꝝ canentium Gloria in excelsis deo ⁊ in terra pax hoibus ⁊c. Si dicas: Ego nescio cū p̄sens nō fuerim nec viderim: si hec omnia taliter se habuerūt in veritate: ⁊ talia verba angeli boni dixerūt sicut sonant euangelia: vel vtrū aliter fuerit. Rñdet cū augu. decimo de ciuitate dei. ca. xvij. q sic potes dicere vtrū deus creauerit mūdum ⁊ imortalia te nescire vel dubitare cum p̄sens nō fueris tpe creationis nec imortalia videris. Vñ ibidē ca. xix. dicit Aug. Si libris magicis siue cirurgicis credūt hoies cur lris euangelicis nolūt credere ita esse facta ⁊c. Et hec fm Gregoriū dictum. Manifestū est quē cūq; hominē credere necessario ea que nō vidit. Nam quō credis te habuisse abauū vel prothauū quē nunq; vidisti. Multo fortius credendū est deo in scripturis loquenti secure. ergo deo nosipsos cōmittimus in fide qui decipere vel decipi nō potest cum ipse sit sūma bonitas ⁊ sūma veritas.

Capitulum. VI.

Sexta stella dicit Testū irreprehensibilitas. ipsi quippe testes q̄ docuerūt hanc fidem ⁊ testificari sunt fuerūt viri sanctissimi ⁊ multi aliq; q̄dem aplī: aliq; martyres: aliq eoꝝ pfessores ⁊ doctores excellentissimi virām sanctissimā gerentes: ⁊ ideo merito eis credendū est q̄ nequaq; ipsi hanc fidem docuissent si fuisset erronea. nec extimari possunt q̄ fuerint mentiti tāte sanctitatis ⁊ tā multi viri. precipue cum ipsi ⁊ eoꝝ lex vicz christiana tanta seueritate mendacium persecuti sunt maxime in his que sunt fidei vt scriptum sit per p̄s. Perdes omnes qui loquunt̄ mendaciū. Q Si dicas eos nō fuisse mentitos sz deceptos fore. Rñdeo q̄ nullo mō potuerūt decipi in hac re. Nā mirū sex modis potest fieri vt quis decipiatur ⁊ inducat̄ ad reddendū falsum testimoniū q̄ aliqui s. modi notant̄ ab augu. xi. q. iij. ca. quatuor. ⁊ cap. se. Item. iij. q. v. accusatores. Primo pter ignorātiā approbando falsum qđ putat esse verū. Secūdo p prauā cōscientiam qm̄ nō attendit quis nec curat q̄n falsum testificet. Tertio p auaritiā cū cuis pter donū vel lucꝝ falsum testimoniū reddit. Quarto p amiciciā dū p alicuius amore vel amicicia falsa testificat. Quinto p odij maliciam: vt q; quē odit ꝓtra illū falsum testimonium reddit. Sexto p timoris vehementiā sicut serui dñis pter timorez mentiunt ⁊c. Testes aūt sacre fidei tales fuere q̄ nullo-

ſſtoꝝ modoꝝ potuerūt decipi. Primo nō p ignorantiā: qz ipi būerūt ſciam infuſam a ſpūſancto docēte eos oēm veritatē Joh. xuij. z ſcierūt oēm linguā z adeo fuerunt ſapiētes: vt totū mūdū illūinarent nec poterāt reſiſtere eis oēs aduerſarij Luc. xxi. Ego dabo vobis os z ſap. cui non po. cē.

Secdo nō p prauā ꝓſciam: qz fuerūt ſanctiſſimi adeo q ad oīones eoꝝ: imo ad ſolam vmbrā ſanabant infirmi: pcōres aūt deus nō exaudit Joh. ix. Et certe qd ſtultius fuiſſet cōs tale mendaciū preſtari cum pditi oneꝝ corpis z aie ac mūdi. Ad qz qdez oīm pticula ſe deo apti in preſtatione fidei obtulerūt. Tertio qz nō ſūt decepti p auariciā: qz xps nil eis tpale dedit: imo aliquid tpale hre phibuit z oīa ꝓtēnendo reliquerūt Math. ix. Quarto nō ꝓpter viciatū amorē: qz potius debuiſſet amare diuites z gloriosos ſeculi huius q eis miſta hui⁹ ſecli donaria z pſpera ꝓmittebāt z inſup cōminabant penis vt a fide recederent z eius pdicatione ceſſarent. z certe ſtultiſſimū fuiſſet tanto amore flagrari vt p falſa teſtificatiōe alicuius morti ſe expoſuiſſent: qō tñ fecerūt p xpo. Denicz qnto nō p odiū qn potius p inimicicis z pſecutoribus ac morte inferētib orabant. Sz z ſexto nō p timorē: qz nō timebāt etiā mori imo omnē penam reſpuebant z p gaudio ducebant verbera z cruciatus. Actū. v. Ibant apti gaudentes a ꝓſpectu ꝓci. qm digni habiti ſūt p noie ieſu ꝓtu. pati. Et ex eoꝝ teſtimoniū de virginitate marie z dñi ieſu dinitate ac alijs articulis fidei ē ſume credibile. Capt'm. VII.

Septima ſtella eſt rōnū theologorū ꝓfirmabilitas: licet quippe fides hec ſit de nō apparētib tñ tāta firmitate pollet q oīs pietas: oīs veritas z naturalis ratio ſic credēdū dictat vt dicit venerabilis Beda ſuper Lucam. Quales aūt rōnes id dicent: vt dei filius ex virgine carnem aſſumat z naſcat ſuperius in hoc libro. arti. pmo tactū eſt de cōgruitatis eius rationib zc. Preter illas aūt rōnes huic fidei ꝓcordant plures alie rōnes theologice. ſ. ratio diuine puritatis deus em cum ſit nature puriſſime puriſſimā matrem tanq̄ habitaculū mundiſſimū decebat habere: cū ſcriptum ſit Sap. pmo. Nō habitabit in corpe ſubdito peccatis z itez In alias ſanctas ſe trāſſert zc

Item ratio diuine honorificentie: qz hoc ſpectat ad dei honorem z magnificentiaz vt mater eius ſit virgo imaculata abſq̄ omni peccato et corruptione. Gloria em filij eſt ex honore parentū Eccli. iij. Unde grauiſſime derogant diuino honori heretici qui dicūt beatā mariam poſt partum chriſti a ioſeph fuiſſe cognitaz carnaliter z filios ex ea plures p genitos poſt chriſtū

Hoc dixit heliudius hereticus impius Qui qdez argumentū ſui erroris accepit illud Math. i. Non cognouit eaz ioſeph donec peperit filium ſuū pmogenitū. Itē ex illo Joh. ij. vbi legit xpm habuiſſe frēs

Sed iſte error falſiſſimus eſt z irrōnabiliſſimus: tū quia ioſeph z maria virginitatem ꝓuouerant ambo: vt dicūt Hiero. z Aug. tum quia beata virgo fuiſſet ingratiſſima ſi tanto ac tali filio nō fuiſſet ꝓcreata. i. chriſto. Et Joſeph qui dicit ſanctus: fuiſſet ſceleratiſſimus z pſumptuoſiſſim⁹ ſi templū ſpūſancti z ſpāle habitaculum dei violare ac polluere pſumpſiſſet. Et ñ ad illas auctoritates rndendo fm Nico. de lyra dicitur q hec dictio donec aliqñ ſignat tpus determinatū quo tranſacto fit aliquid ſicut cū dicit: iſte nō comedit donec eſſet hora ſexta. i. completa ſexta comedit: z ſic nō accipit hic in auctoritate pdicta. Alio mō accipit p ſemp ſicut in ps. hr de chriſto Sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuoꝝ. Non eſt ſic intelligendum q quando inimici eius erunt poſiti ſub pedibus ei⁹ tempore iudicij q tunc dimittat ſedere ad dexteram patris imo eternaliter ſedebit.

Et vſus loquendi habet ſepius accipi ly donec pro ſemper: vt dicendo iſte non penituit donec mortuus eſt. id eſt nūq̄ penituit etiam poſt mortem: quia tunc non eſt locus penitentie vel ſtatus: hoc modo accipitur hic in auctoritate ly donec cum dicitur: Non cognouit eam donec peperit

Item q dicitur pmogenitum non ꝓpterea dicit: quia alij fuerint geniti poſt chriſtum: ſed quia nullum peperit ante eum: z hoc modo accipiebatur in lege vbi pci

piebatur q̄ ꝓmogenitus deo offerret. Nā si aliqua mulier pariebat vnicū tanq̄ ꝓmogenitū offerebat illū. Item ad illud Joh. ij. dicitur q̄ fratres christi noiantur cognati eius germani qui erant de eadem cognatione sicut Abraam z Loth dicuntur fratres. Genes. xiij. z tamen Loth erat nepos eius. Capm. VIII.

Lauа stella dicitur fidei christiane stabilitas. Non em̄ posset vt potuisset hec fides in aduersitatibus multis stare vsq̄ ad finem seculi nisi esset ex deo. Juxta illud Actuū. v. Si est ex hominibus cōsilium hoc aut opus dissoluetur. Si vero ex deo est non potest dis.

Hanc fidei stabilitatem p̄dixerat saluator Luc. xxij. di. Simō ecce expetiuit te satanas vt cribraret sicut triticū. ego aut̄ rogaui ꝓ te vt nō deficiat fides tua. Verū alie omnes secte cum non sint a deo nō sunt stabiles: ꝓz Primo de secta machometi de qua dicit scotus in plogo sup sententias. q. ij. q̄ incepit plusq̄. dc. ānis post legem christi z in breui dño volente finiet. Nam z apud eos ꝓphetia esse dicitur q̄ secta illa finienda est. Secūdo patet de sectis hereticoꝝ que licet ꝓus multe z varie fuerunt iam exterminate sunt. Nec est dubium q̄ etiam iste que nūc sunt finient. Et eccl'ia salt̄ post rēpus antichristi pacificabitur. Tertio claret secta iudaica. Nimiꝝ iudei q̄diu fidē veram tenuerūt exaltauit eos deus supra omne genus humanū nobilitauit z dotauit donis miraculoꝝ z ꝓphetiarum: que quidem dona a ꝓncipio mundi non habuit nisi gens deo accepta z hoc vniuersaliter: quia particulariter etiā infideles: vt Balaam Kayphas z Sibille habuerunt. Unde de illa gente dictuꝫ est Deutero. iiij. Non est alia natio tam grandis que habeat deos appropinquantes sibi sicut deus nr̄ adest nobis

Verū postq̄ christum iudaica gens negauit de virgine verum deum vanum occidit̄q̄ z reprobauit. nulla gens facta est adeo abiectissima depssa depopulata. cladibus gladijs fame captiuitate nece seruitute que omnia super eos venisse testatur Josephus in. xxv. libro antiquitatum Sed z ipsa gens ꝓpata est donis miraculoꝝ z ꝓphetiarum nec habet vniuersaliter hec dona sicut antea. Porro gens fidei catholice a principio ecclesie habuit z habet vniuersaliter hec dona: patet de paulo rapto in tertiū celuꝫ z Jobe in Apoc̄. Et de oīmbus discipulis in die pentecostes super quos cecidit spiritussanctus: z ꝓphetabant: multis quoq̄ alijs sanctis. Jn̄ claret fidei catholice veritas: qm̄ si bono z recto zelo iudei christi fidem reprobassent: tunc fm legem z ꝓphetaꝝ ꝓmissa debuissent ipsi potius fouere a deo tā in spiritualibus q̄ in temporalibus magis q̄ ante christi aduentū ꝓ eo q̄ nūq̄ antea fuerūt sic ab idolatria imunes sicut tempore christi z postea. Ecce ergo fides catholica vera. Capm. IX.

Ona stella gentilium scriptura rum pluralitas: vt enim testimonium accipiamus etiam ab his qui foris sunt fm Apm. Unde omnium scripturarum etiam gentiliū genera huic fidei cōcordant.

Primo scriptura iudeoꝝ.
Scōo scriptura machometistaꝝ.
Tertio scriptura poetarum.
Quarto scriptura sibillaꝝ.

Primo scriptura iudeoꝝ: vt claret per totum vetus testamentū coꝝ. Jnsuper vt dicit dominus Bonauentura sup̄ tertiū libro. distinc. iij. q. ij. arti. iij. Quidaꝫ inquit iudei asserunt hoc mirum fuisse in maria q̄ cum esset pulcherrima a nullo vnq̄ viro fuit concupita: z per consequens ipsa nunq̄ virginitatem amisit in qua dei filius habitauit. Hec Bonauen. Denicq̄ Josephus inter ceteros hebreos maxim⁹ doctor: sectaꝝ eorūdem pulchꝝ testimoniuꝫ fert de xp̄o. xxij. li antiquitatum dicens sic. Fuit ꝑdem tempb⁹ iesus sapiens vir. si tamen eum virum noiare fas est. Erat em̄ oīm operum mirabilium effector: ꝛc. vbi inf alia scripta de iesu subdit. christus inquit hic erat. Et ibidem veram eius doctrinam z resurrectionem ex mortuis confitetur. Item secundo scriptura machometistarum testat Marie virginitatem z puritatem: sicut refert Nico. de lyra super Lucam. Et supra descriptum est libro secūdo parte. ij. arti. vlti. Stella eius q̄rta

Tertio scriptura poetarum plurimi nempe poete in suis scriptis testant fidē hanc de virginitate Marie: patet de poetis quos supra in hoc volumine retigim⁹ libro. iij. parte pma. arti. iij. Testimonio viij. Deniq; ỳgilius in buccolicis eglo ga. iij. recolens de sibilla Cumea: que et Cumana dicta est a cbumis ciuitate que est in campania cui⁹ sepulchꝝ adhuc ē in Sicilia scribit sic. ỳ. Ultima cbumee tā instat carminis etas. ỳ. Magnus ab integro seclo⁹ nascit ordo. ỳ. Jam redit t virgo redeūt saturnia regna. ỳ. Jam noua p genies celo demittitur alto ỳ. Tu modo nascenti puero quo ferrea primum. ỳ. Desinet ac toto surget gens aurea mūdo tc.

Secūda ratio: quia si beata virgo haburisset maiorem charitatem in via ꝙ angeli vel sancti in celo: sequitur ꝙ ipsa haburisset maiorem fruitiōem ⁊ frueretur in via per modum patrie: quia vt ait Augu. libro de doctrina christiana. Et allegat a magistro sententiarū libro primo distin. i. Frui est amore inherere alicui rei ꝓpter se Ō si sic: sequit ꝙ ipsa beata virgo in via fuisset cōprehendens quod non concedi/tur: quia solus christus fuit simul viator ⁊ cōprehensor: vt dicit Augu. Tertia ratio quia Mathei. xi. ait saluator: Inter natos mulierum nō surrexit maior iohanne baptista. Qui autē minor est in regno celorū maior est illo. Glo. dicit: Omnis sanctus qui est cum deo maior est eo qui adhuc est in mundo. Item super illud. Ecce ego mitto angelum meum. Glo. dicit: Ho uissimus angelus celi maior ē quouis homine. Non videtur ergo quō beata virgo in via habuerit maiorem charitatē ꝙ minimus angelus in celo. Ad hec respondendo ex verbis Alberti super missus est cap. Iterum dono tres veritates quibus res ipsa clarescit ⁊ p has solui possunt p̄dicte rationes difficultatem facientes. Prima veritas. Charitas beate virginis in statu vie fuit maior omni charitate pure creature existentis in statu patrie: licet non fuerit actum fruitionis glorioseritamen fm substantiam. Declaratur. Nam charitas beate virginis in via licet fuerit maior charitate oīm angelorū ⁊ sanctorum ꝙtum ad substantiam sicut p̄batum est rationes p̄mo articulo positas. tamen vir ꝙ minor fuit ꝙtum ad actū charitate minimi sancti patrie vel angeli. Quia autem maior substantia est minor in actu hoc facit subiecti cōditio: contrarij coniunctio: motoris minor attractio: que tamen attractio semper in actu esset: si ex parte attribilis impedimenti nō staret. Nam fm illud Sap. ix. Corpus quod corrumpitur aggrauat animā ⁊ deprimit sensum multa cogi. Exemplū a simili. Videmus em ꝙ sol est multomaioris luciditatis ꝙ luna: ⁊ tamen quādoꝙ luna magis illūinat in nocte aere puro ꝙ sol in die aere obscuro. Item ignis in clibano accensus est multo maior ꝙ lumen in parua candela: ⁊ tamē plus illuminat domū candela accensa in mēsa ꝙ ignis ardens intus in clibano inclusus. Ita nō est inconuenies si maior charitas fm substantiaz vel maior lux gratie i subiecto passibili ꝓiuncto corpori passibili ⁊ grosso: quasi ignis iclusus: minus immutat ⁊ mouet actualiter ꝙ maior lux glorie ⁊ minor charitas in subiecto impassibili ⁊ glorioso tanꝙ sibi ꝓportionato. i. in angelis ⁊ sanctis patrie. Secūda veritas. Fruitio charitatis in beata virgine p statu vie licet fuerit inferior fruitione comprehensorū ꝙtum ad actum. fuit tamen maior ꝙtum ad effectum. Declaratur: quia charitas ⁊ fruitio comprehensorū. i. angelorum ⁊ sanctorum in patria: non est in statu merendi ꝙtum ad p̄miū substantiale Quilibet autem actus charitatis in beata virgine pro statu vie fuit meritorius vite eterne ⁊ beatitudinis: angelorū ⁊ sanctorum omnū beatitudinez transcendentis Unde licet ipa non fuerit comprehendens in via: nec fruebatur actu: gloriosa fruitione patrie celestis nisi forte ad tēpus quādo dabatur sibi vt viderit diuinam essentiam. Si em Moysi ⁊ paulo in via datū est vt viderint diuinam essentiam: sicut dicit Augustinus libro de videndo deū. Non est ambiguū q̄n a fortiori matri dei hoc p uilegium fuerit concessum: quoniā vt testatur Damas. Ipsa a nullo illustrū vincitur. Nihilominus in ipa fuit maior charitas fm effectum ꝙ in oībus sanctis ⁊ angelis. quia omnibus excellentiorem beatitudinē meruit quolibet actu charitate

tis. Nam vnico consensu ⁊ verbo cum ait Fiat mihi sc̃dm verbum tuum Luce.ij. plus meruit q̃ omnes sancti et angeli: vt videlicet fieret mater dei: regina celi: domina angelorum ⁊ totius mundi ⁊c.

Terna veritas. charitas beate virgis modo i statu patrie imꝓportionabilit̃ maior deiformior ⁊ glorioſior ē charitate omnis pure creature tam quantū ad substantiam q̃ etiaz quantū ad actū sc̃z fruitiōis glorioſe. Ratio quia vt canit ecclesia Exaltata est ipa sancta dei genitrix sup̃ chꝛos angelorum ⁊ sanctoꝝ ad celestia regna. sed supiores habent excellentius perfectiones inferioꝝ. vt dicit Dionisius de angelica hierar. g̃ ⁊c. Hinc ps̃. Astitit regina: sc̃z ẏgo dei mr̃a dextris tuis. i. in portioribus bonis gl̃ie ⁊ gr̃e in vestitu deaurato: charitatis q̃ est vestis nuptialis qua sc̃z charitate decorat aia ⁊ vnit deo circūdata varietate. s. sc̃oꝝ. Oēsquippe sācti admirant eius gl̃iaz. ⁊ tota celestis curia illustrat ac delectat ⁊ iocundat in ei⁹ gl̃ie fulgore. O q̃ beatū illō regnū. O q̃ glorioſum illud habitaculum vbi cum chꝛisto et eius sancta matre regnant oēs sancti. O deus magne. O ieſu bone quando erit illud temp⁹ feciliſſimū: ⁊ illa hora iocundiſſima: qua videbimus tue mr̃is gloriam in leticia. ⁊ perfruemur tue faciei noticia per eterna secula ⁊c.

Articulus tertius q̃ charitas virginis erga deum ⁊ dei filium fuit p̃cipue duodecim pfectiōis circumstantiis glorioſe sublimata pre alijs ⁊c.

Circa tertium misterium de circūstantie perfectione: Notare possumus ad numerum duodecim stellaz in eius corona capitis duodeci pfectiones seu circumstantias ⁊ pprietates charitatis beate virginis quibus extitit glorioſe decorata ⁊ excellentius sublimata q̃ in tribꝰ quaternarijs ordinant̃ vt patet intuēti in

c

presenti figura. Nam charitas beatiſſime virginis marie fuit

Primo naturalis
Secundo totalis
Tertio singularis
Quarto certitudinalis
Quinto conformalis
Sexto transformalis
Septimo reuerentialis
Octauo insuperabilis
Nono predilectionis
Decimo prefamiliaris
Undecimo preseraphicalis
Duodecimo p̃acceptatōis diuinalis

Capitulum I

Primo dilectio seu charitas beate virginis fuit naturalis. quia tā q̃ mater naturaliter imo plus q̃ alia mater dilexit vt patet s̃. Alij cm̃ oēs diligunt tanq̃ serui dominum. Ut autē dicit Aristoteles. viij. li. ethico. Inter dominū et seruum nō est naturalis amicitie amor fm̃ qđ seruus: sed bene fm̃ qđ homo quia fm̃ qđ seruus est sibi. id est domino dissimilis. licet fm̃ quod homo sit sibi similis Hec ibi. Qđ si dicas homo etiā naturaliter deum diligit. quia fm̃ animam ad imaginem dei factus est Gen̄. ij. Et fm̃ corpus etiam est ad similitudinē ei⁹. quia deus homo factus est ⁊c. Dico q̃ et si possit esse aliquomō naturalis dilectio hominis ad chꝛistum deum tamen imꝓportionabiliter dilectio naturalis beate marie excedit. quia eius dilectio est̃ materna que est maxima dilectionū naturaliuz. vt patet per Arist. viij. Ethicoꝝ. vbi habetur q̃ parentes plus amant filios; q̃ econuerso. quia plus sciunt parentes q̃ filij ex eis sunt nati q̃ econuerso. Dant aūt plus diligunt filios q̃ etiam patres quia certiores sunt de eis ⁊ plus laborꝰ habēt circa eos Hec ibi. Ex quo patet q̃ maxima inter omnes naturales dilectiones ē materna dilectio. licet ergo angeli vel sancti diligant deū naturaliter filiali vel chꝛistum ament fraterno amore. Excedit tamen marie dilectio incompabiliter: sicut et excedit imꝓportionabiliter naturali p̃pinquitate similitudiem̃ et gratuito amo

re ac acquisito supereminenter omnibus.

Secundo charitas marie est totalis: nulla cñ creatura p⁹ xp̃m pfect⁹ ipleuit preceptum illud: diliges dominũ deũ tuũ ex toto corde tuo ⁊ ex tota anima tua ⁊ ex tota mente tua ⁊ ex omnibus viribus tuis. Deut. vi. Luce. x. Et Dat. xxij. cs beata virgo maria: que ſm Alexan. de hales ſuper Lucam. Dilexit toto corde: omnes cogitationes ſuas in deum dirigens. Tota anima: omnes affectiones ſuas in deum referens. Tota mente. id eſt intentione omnes operationes ſuas propter deum faciens. Totisq; viribus ⁊ toto poſſe: nil de contingentib⁹ obmittens ſed q̃cquid facere debuit faciendo. Ñ ip̃a ī canticis ſcribitur plena charitate ⁊ dilectiõe ⁊c. Tertio charitas virginis fuit ſingularis. tum quia nec ſimilez̃ habuit nec habitura eſt ſequentem: vt canit eccleſia. tum quia ſinguläriter deum tantũmodo et nil extra deum queſiuit: iuxta illud p̃s. Vnam petij a domino hanc requiram vt inhabitem in domo domini: omnib⁹ diebus vite mee. Et iterum. Quid a te mihi eſt in celo ⁊ quid volui ſuper terrã quaſi diceret. nihil aliud a te. Vnde dicere potuit illud Augu. libro ſolilo. Deus mea deus tibi deuota tuo amore ſuſpenſa. Tibi ſoli ſuſpirans: tibi inhians: te ſolum deſiderans: nil habet dulce niſi de te loq̃: de te audij̃re: ⁊ tuam gloriam ac memoriam frequẽter corde reuoluere. Quicquid mihi preter deum eſt: dulce non eſt. Quicq̃d vult mihi dare oñs me⁹ totũ auferat: tantummodo ſe mihi det. Hec ibi. Quarto charitas beate virginis fuit certitudinalis. Licet em̃ de alijs ſcriptũ ſit Eccs. ix. Nemo ſcit vtrum odio vel amore dignus ſit. hoc locum in beata virgine nõ habuit: quia certiſſima fuit infallibiliter ⁊ indubitanter de diuina charitate ex gra ſingulariſſima. Nam et ſi de cõmuni lege nemo ſciat ſe eſſe in charitate certitudinaliter. Aliquibus tamen ſanctis ex ſpeciali priuilegio conceſſum eſt a deo qui eos certificauit per reuelationem: vt ſecuritatis gaudium etiam in hac vita in eis incipiat et fortius magnifica opera pſequẽtur et mala preſentis vite ſuſtineãt. Sicut patet de apoſtolis et paulo dicente Roma. viij. Certus ſum inquit. q̃ nec fames nec gladius: nec creatura aliqua poterit nos ſeperare a charitate que eſt in chriſto. Ie rũ certitudo charitatis marie fuit precellentior omnium ſanctorũ certitudine ſm Albertmm ſuper miſſus eſt ca. cvj. quoniam in alijs eſt certitudo p̃ ſcientam a poſteriori ex effectu. Certitudo autem beate virginis qua ſciuit ſe non poſſe ſeperari a deo fuit per modum cauſe. eo q̃ ſciuit ſe matrem dei eſſe ⁊ in vtero ſanctificatã ac nõ poſſe peccare: ⁊ per conſequens ſciuit ſe non poſſe ſeperari a deo. Sed hic queri poteſt. quomodo excedat certitudo charitatis vie in maria certitudinem charitatis angelorum ⁊ beatorum in patria: cum illorum certitudo ſit omni ſecuritate tentationis pleniſſima. Reſpõdẽdo p̃ hius lucidiori declaratione: Nota quadruplicem differentiam quã ponit petrus aureoli in ſuo compendio libro. v. Nam primo ſunt quidam qui ſciunt ſe certitudinaliter nõ eſſe ī charitate nec habere dei charitatem vt patet de demonibus ⁊ damnatis. Et etiam de hominibus viatoribus q̃ ſunt in actu peccandi mortaliter: vel in propoſito. quia ſcriptum eſt. Sapiẽ. xiij. Odio eſt deo impius ⁊ impietas eius.

Secundo alij ſunt qui cognoſcunt ſe habere charitatem vel eſſe in charitate cõiecturaliter per aliqua ſigna inquantum quis exp̃tur et percipit ſe delectari in deo et contemnit res mundanas. et non eſt ſibi conſcius alicuius mortalis peccati: ſentitq; in ſeipſo diuini amoris calorem ⁊ degustat eius dulcedinem ſm quem modũ poteſt intelligi illud Apocal. ij. Vincenti dabo manna abſconditum: q̃ nemo nouit niſi qui accipit. ſ. per experientiã dulcedinis qm̃ teſte Berñ. Solus exp⁹ nouit credere q̃d ſit ieſũ diligere. iſta tñ cognitio imperfecta ẽ ⁊ nõ certitudialis abſolute ſed tantum coniecturaliter. vnde Apoſtolus p̃ma Corinth. iiij. Nil mihi conſcius ſum ſed non in hoc iuſtificatus ſum ⁊c. Et ps̃

delicta quis intelligit cē. prout hec dicit beatus Tho. ꝑma sēde q. cri. aggrti. v. vbi querit vtrum aliquis scire possit se habere gratiam. Et hic modus cognoscēdi scz per aliqua signa est cōmuniter viatorum.

Tertio alij sunt qui certitudinaliter cognoscūt se esse in charitate vel habere charitatem diuinam sicut patet in his qui sūt in patria. sancti vero in via positi possunt aliqui de hoc certi cē non nisi per diuinaz reuelationem vt dictū ē supra. qz cū vera charitas dei non nisi per spiritū sanctum diffusa est in cordib⁹ nostris. vt dicit apostolus. excedit limites nostre nature. De⁹ quippe charitas est t qui manet in charitate in deo manet t deus in eo. i. Joh. iij. Et ideo sicut prescīa dei in nobis vel absentia per certitudinem cognosci non potest ꝑm illud Job. nono. Si venerit ad me nō videbo eum. Si autem abierit nō intelligam. Jta homo in via ex seipo non potest per certitudinem diiudicare vtrum sit in charitate vel gratia. ꝑm illud. i. Corinth. iij. Sed neqz meipm iudico qui autem iudicat me dominus est: nisi hoc reueletur sibi a deo. Quarta differentia poni potest certitudo beate virginis que inter comprehensores et viatores habuit se medio modo per participationem ꝑm Albertū super missus est ca. lxxxxix. Talem inquā participationem q accepit melioꝛem partem a quolibet extremoꝛ. Haz comprehensores habēt charitatem t eius certitudinem ꝑm actus perfectionem: sed tamen preter merendi conditionem. Viatores habent cuz merendi conditione sed cum actus imperfectione. Etem certitudo viatorum q sint in charitate etiam si sit per reuelationem: non est ita absolute perfecta ꝑm actuum perfectionem vt vel amitti non possit eorum charitas per peccatum mortale: vel saltem remitti aliquā do per peccata venialia. Ipsa aūt beata virgo habuit certitudinem charitatis infallibiliter t absolute cum actuum perfectione ꝑm comprehensores t cum merēdi cōditiōe ꝑm viatores: vñ habuit eā excellētius viatoribus quantum ad actum et cō phensoribꝫ quantū ad effectū Hec Alber.

Capitulum secundū pro secūdo quaternario.

Secundo quaternario. Et quo ad premissa in ordine ḋnto charitas beate virginis fuit conformalis. qz super omnes fuit conformis diuine voluntati in sua voluntate. Hoc cīm facit charitas vt in tantum concordet cū amato inquantum amat. Vnde Catho dicit Concordia nutrit amorem. Et Hieronymus Amicoꝛum est idem velle et idē nolle. Hic t Joh. xiiij. Si quis diligit me sermones meos seruabit. Sicut ergo beata virgo pre alijs amauit ita pre omnib⁹ tota voluntate: toto animo: t tota intentione diuine voluntati cōformata fuit: adeo vt quasi vnam animam seu voluntatem per omnia habuerit cū christo: vt dicere possit illud ps. xxxix. In capite libri scriptuz est de me vt facerē voluntatez tuam deus meus volui t Lericie tue i medio cor. mei Nam ipsa toto corde hoc solum desiderabat: hoc maximum solatium reputabat vt pater celestis suam tantum voluntatez in ipsa perficiat: siue exercendo in aduersis: siue consolando in prosperis siue deprimēdo vel quomōcūqꝫ sibi magis placeret cē

Sexto eius charitas fuit transformalis. quia totaliter erat ipsa per charitatem transformata in christum: vt tota mānereteꝛ: viueret in christo: et christus in ea: iuxta illud Gal. ij. Christo confixus sum cruci: viuo ego iam non ego: viuit vero in me christus. vnde optime ipsa pre alijs dicere potuit illō beati Jgnacij. Amo: iquit meus crucifixus est in christo. Sꝫ nempe seraphici spiritus per suum amoꝛem transformantur in christuz crucifixum: adeo q sicut aut Frāciscus maronis. Qui intime cerneret seraphin: cerneret in eis stigmata christi expressa intellectualiter: sicut sensibiliter fuit in beato Francisco. Multo fortius hoc putandum credo de anima beate virginis Marie. que tota christo confixa est cruci: tota transformata i ꝑm deum. Si petas quomō sic amoꝛ transf

formar aiam in christū deuz Dico z de/
claro sic. Dicit em Aristoteles. i. phico.
et. viij. li. Verba. Forma dat esse rei. Exē
plificā. si ex ligno formak mensa vel scam/
num illud lignū a forma mense capit esse
mense vel scamni vt dicatur vere mēsa vl
scamnum. z si in cera imprimak sigillū: ex
illius forma sigilli capit cera esse talis si/
gilli: id ē regis zc. Ita a simili vnicuiusq;
virtutis in aīa impssa forma: dat esse tale ipsi
anime vel homini quale est ipm virtuz vt
vicz ex quo auaritia est virtum terrenum
facit hominē esse terrenum. Luxuria qz ē
virtum carnale reddit hominē brutalem:
seu carnalē z non spūalem. Supbia et in
uidia atq; ira sicut est virtū diabolicum.
ita facit hominē diabolicū Eodē mō p
contrarium exquo charitas est virtus di/
uina iuxta illud. i. Joh. iiij. Deꝰ charitas
est. g dat anime cē diuinū vt qui manet in
charitate in deo manet z deus i eo. Hoc
est qđ dicit Augꝰ. Unusquisq; talis ē qua
lia amat: si terram amas terra es. si celuz
celestis es. si deum non audeo dicere quia
deus es. audi pphetam dicentem: Ego di/
xi dij estis z filij excelsi omnes. Hec ille li
bro de ꝓbis domini Hinc z Hugo lib.
de Claustro anime ait: Scio inquit ani/
ma mea qz amor est vita tua z ipa vi amo
ris in eius quē amas similitudinē trāsfor
maris. Sicut ergo btā virgo christū sum
me amauit ita sume z totaliter eē diuinuz
et christiforme super omnia creata habe/
re dinoscitur. Septīo amor marie ad
christum fuit reuerentialis. Est autez re/
uerentia mixta cū dilectione timorosa sub
iectio z hec excellentissime fuit in virgine
que sicut a noxe ita z timore diuino plēa
fuit Sē diceres quid timoris habuit
maria Respondeꝰ qđ in maria timor ser
uilis non fuit inquantum notat seruilita/
tē eo qđ ipsa nunq; peccauit: nec in ea fuit
timor initialis qui est imfectorum. quia
virgini omne bonum perfectissime affuit
Fuit ergo in maria timor castus. Hic ti/
mor habet duos actus. vnꝰ est fm statum
vie. qui est timere separi a deo z iste nō fu
it in maria quia fuit certissima de insepa/
bili dilectione dei. Alius actus ē fm sta/
tum patrie q̄ est reuereri deuz. Nam teste
ps. Timor domini sanctꝰ pmanet in secu
lū seculi. g z in pria erit sed nō nisi fm ac/
tū istū scz reuereri deū. Et hoc mō maria
timore dei plena fuit sup omnes viatores
Hec Albertꝰ sup missus est ca. cvj. Un
credik qđ beata maria quotiēscūq; acces/
sit vt christum lactaret vel balnearet: vel
in vlnas susciperet: vel alloqueretur. sem/
per prius genuflexo christum quez sciuit
esse deum verum adorauit. Sic etiā facit
presbiter quotiens euangeliuz tāgit siue i
missa siue alias vt idipsum repcsentet ec/
clesia fuisse in dei matre maria Octauo
fuit insupabilis. Un Canti. viij. dicit deꝰ
ad mariā: Pone me vt signaculū sup cor
tuum. s. in amoris affectōe vt signaculū su
per brachiū tuū. s. in arduoꝝ opatione qz
fortis est vt mors dilectō Sicut em mors
a nullo perimit sed ipa ē taz fortis vt oīa
perimat. sic marie dilectio omnia contem
psit dura sicut infernus qui tam dure te/
net quem semel recipit qđ nunq; dimittit
Sic maria nunq; a dilectōe christi auel/
li potuit. Unde subditur. Aque multe id
est tribulationes et penalitates huius vi/
te non potuerūt extinguere charitatē: nec
flumina id est aduersitates obruerūt cha
ritatem eius Hā cum omnes discipu/
li relicto iesu fugissent: ipsa beata virgo
vsq; ad mortem christo patienti astitit et
cum ipso in corde per gladiū doloris vul
nerata extitit zc.

Ca. III. p tertio quaternario

Tertio quaternario z in ordine ad
t premissa Nono charitas btē vir/
ginis fuit predelectabilis. Nam
quid dulcius: quid suauius: quid delecta
bilius diuini amoris dulcedine: vt em ait
Ambrosius super Lucam. Qui christuz
interno recipit hospitio per amoris sensi/
bilem gratiam: maximis pascit exuberā/
tium delectationibus voluptatuz. Quid
putas quanta dulcendo charitatis fuerit
in virgnie que xpm noue mēsib⁹ in utero
portauit z sp in corde pītē p grām renuit
Si spūssctūs q̄ ē spūs paclit⁹ alijs deuo/
tis mētib⁹ tāta ꝓsolatione se infundit vt

ferno exprimere non valeat. Aliqñ super nos donos gustum cumulati⁹ degustandum influēdo. Aliquādo noticiā secretorum t reuelationes misteriox imittendo. Aliqñ securum eternalīū bonox faciēdo Nunc inbiliū: nunc ebrietatē spūs supfundendo adeo q mens taz ineffabiliʳ gaudium t dulcorem tā indicibilē percipiat et in tantū ex magna amoris t gaudij fortitudine feruor ipūs excrescat: vt se cohibere non valeat intra se. Et aliquādo in excessum ꝓtemplationis rapiat. t multa alia i explicabilia solacia facit spūssctūs. Quid ergo estimas quāta delectatione dulcedinis beata dei mater abundauit que sup oēs spūs ācto plena fuit. Hinc Eccl. xxiiij scribitur: Qui edunt me ad huc esurient quod dicitur ex eo. quia caritate dei satiari non possunt p delectatione qui eam degustant experimentali assuefactione. t p consequēs beata maria assuefacta diuinis dulcedinibus: siue vigilando: siue dormiēdo siue aliud ḋ faciēdo: sp irremissibiliter nouas t varias dulcedines diuinas accrescētes degustabat in deo. vt diceret cum ps. Sitiuit anima mea ad deū fontē viuum. quādo veniā t appebo ante faciē dei. Horanter dicit ad deum fontem viuū: q sicut fons viuus semp scaturit aquas nouas: sic in maria quoad vixit semp t continue nouas t ineffabiles delectatiōes quas exprimere nequimus nos peccatores faciebat ipse deus ebulire ex fonte diuinitatis.

Decimo charitas marie fuit amoris p familiaris. Cum em nulla creatura auderet deum ꝓtingere vel in modico. Virū videt de ista vna puella maria q tm fuit deo familiarissima sup omnē creaturā cōtingēdo. videlicet balneando: lactādo: amplexando ꝛc. Quis angelox ac beatorū auderet hoc deo facere. tam sūmū regē: tā familiariē ꝓtingēdo. Vñ Aug⁹ li. de natura t gratia dicit Illa vero singulari gra puenta atq repleta est sc̄z gaudēdo q ipsum haberet ventris sui fructum quem ex initio habuit viuersitas deum. Hec ille.

Undecimo charitas beate virgis fuit preseraphicaʳ ardoris Est autē notādū q sm Dyonisiū li. angelice hierar. ca. vij. ꝛc. quinq ponuntur ꝓprietates seraphici ardoris seu amoris quo ferunt in deum et supemiēter fuerūt in beata virgine quas q dē ꝓprietates sm qđ di. Linconiēn. cōmentator ibidē dicit dyo. a brō paulo quēadmodū ipse idē raptꝰ in tertiū celū vidit t sibi tanq̄ specialissimo discipulo reuelauit. Prima ꝓprietas dicit sp mobile Secunda incessabile vel infinibile Tertia dicitur calidum. Quarta dicitur acutuz

Quinta dicit supferuidum. Semp mobile sm quod dicunt Hugo t Linconiēn. significat amationē non interruptaz quiete sine pausatione. quia sicut ignis in sua flāma semp mouetur sic amor seraphicus semp fert in deum actu. Incessabile vel infinibile significat q nunq̄ terminat ad ouratione. Sicut em ignis nō habet terminū in agendo sed semp crescit i maius dum inuenit aucram materiā in qua accendi potest. sic amor t actio seraph nō habet terminū in amando deum qui cum sit infinite bonitatis semp inueniʳi eo qđ amorem nouo modo accendat t dulcificz alliciat t delectet. Calidū significat q illa sanctas ex desiderio semp accenditur Hoc est qđ Gregoriꝰ in moral. de desiderio t satietate sanctox in patria dicit sic: Desiderū quidem anxietatem habet sanctas fastidiū. Ne ergo sit i desiderio anxietas: Desiderātes tamen satiantē ne sit i satietate fastidium: Semper desiderātes sitientes satiabimur t satiati famem [illegible] Gregorius Et ratio sm Tho. p. xxiij. quia diuina essentia semp taz admiratione videtur cum nullus intellectus eam cōphendat sed omnia creata ipsa transcendat. cum igit intellectus bti semper habeat in diuina essentia qđ admiret et alliciat nunq̄ fastidit eā videre t amare: sz sp t ꝓtinue delectat videre qđ amas et amare qđ vides. Vñ sanctas ex desiderio t desiderū et satietate semp accendit iuxta illud Eccl. xxiiij. Qui edunt me ad huc esurient. Acutū significat sm qđ dicit Hugo quendā impetū amoris t vehementiā ardentis desiderij quo nō quiescit donec intret t penetret vt ibi sit vbi ipsum qđ amat cum ipo t in ipo vt non solum ab illo calidū sit sed transeat acuti in ipm. Supferuidū vero sm eund. in

dicit ex hoc q id qđ feruet quadā caloris vehemētia tractat supra se. Acutum ergo amoris est cū omia trāscēdendo despicit. Superuidū autē cum etiā seipsuz ꝓtem nendo relinqt fit ḡ miromō vt duz p dile/ctionis ignem in illū sustollit qui ē supra se p vim amoris ferat in illum solū q̄ sur/sum est appetendū cogitandum z desiderandum: nec se nec aliquid aliud cogitat: aut desiderat dum illum solū amat. Hec Hugo z concordit Linconiēn. cōmenta tores lib. angelice hierar. Unde oēs istas ꝓpietates z singulas excellentissime ꝯ tū possibile fuit pure creature viatrici p alq̄s fuisse in via z nūc in patria beatifica frui/tione fore in charitate beate virginis nul/li ambiguum ē. Duodecimo charitas beate virginis marie fuit z est preaccepta tiōis diuialis. Eius q̄ppe charitas tā gra ta tā p̄accepta erat deo: z tm̄ eā reamauit de⁹ p̄ oīb⁹ creaturis q ab eterno p nulli⁹ creature amore in tm̄ alliceret ipe de⁹ ad incarnādū z patiēdū. ac queqz salutis no stre opera faciēdum sicut p amore z cha/ritate beate virginis quā eternaliter p̄no/uerat z p̄ordinauerat fore humane redēp/tionis mediatricem Qđ oñdit triplr.

Primo ex diuīe incarnatiōis motiuo

Scōo ex diuīe vnionis facto

Tertio ex diuine ꝺdescēsionis signo

Primo inq̄ ex diuine incarnatiōis mo/tiuo Quero nempe. qd mouit potissime deum ad tantā būilitatē z miscdiaz vt vi delicet p nobis in vtero ꝟginis descēden do inclinaret. in stabulo nasceret. in arto p sepio vilis pānibus inuolutus locaretur: et multa incomoda huiꝰ vite miserē pate retur frigus calorē: famē: sitim zc. Am plius vt caperet: flagellis cederet: spinis coronaret: teriderēt: ꝺspuerēt: crucis pati bulo suspēderet: vulnerarēt: morerēt: sepe liret. ac queqz opa nostre salutis operare/tur. Ad quod Rndet q charitas: tum quia ex mera z liberali charitate deus fe/cit hec oia dicēte ap̄lo Propter nimiā cari tatem qua dilexit nos deus misit filiū suū in similitudinē carnis peti: tū qz vt nos ad suā charitatez attraheret opa salutis nre p seipm operatus est dns. vt dicit Ber. Uñ ps. Omnis ꝺsūmationis .i. opatōis dei vidi id est cognoui esse finē latū man/datū tuū glo. id est p̄ceptū ꝯcharitatis qđ est nimis latum quia extendit etiā ad ini micos quos diligere debemus ꝓpter deū zc. Hec glo. Claret ergo quia hec oia fe/cit charitas: qđ manifeste docet Hugo li/bro de charitate di. sic. O charitas mag nā vim habes que deū ō celo potuisti tra here ad terrā. O ꝯ forte vinculum tuum quo ligari potuit deus (nam mille vincu/la deū ligatū ad columnā z affixū ad cru/cē tenere nō valuissent nisi charitatis vin culū tenuisset) Nescio inqt qd mai⁹ i la u de tua dicere possum ꝯ q deū de celo tra/xisti in terrā z hoiem ad celū leuasti ō ter ra Hec ille. Sed qm̄ nulla fuit vel potuit esse maioz charitas post xp̄m ꝯ ea q̄ fuit dei ad beatā virginē matrem z econuerso ergo de⁹ p nulli⁹ creature amore sic alli/ciebat ad incarnandū z patiendū atq̄ ce/tera opa salutis nre p̄ficiendū ꝯ p chari/tate btē ꝟginis Scōo oñdit ex facto di uine vnionis. qz charitas est q̄ vnit aman tē cū amato. Uñ charitas dicit quasi ca/ra vnitas sicut habet libro de spū z anima Sed cū nulla creatura sic vnit⁹ est de⁹ si/cut cū btā ꝟgine cui⁹ nō solū aīa copulata est deo p grām sed etiā de purissima por/tione sanguis caro assūpta indissolubilit vnita ē deo in xp̄o. ḡ sūme acceptatiōis di uine extitit ꝟginis charitas sup̄ charitatē oīm creaturaz. adeo vt in ei⁹ carnis por/tione singularissime sibi vnita oīm opare tur salutē zc. Tertio q charitas beate ꝟginis sūme alliciat deuz oñdit ex signo diuine ꝺdescēsiōis. qz vicz de⁹ magis cō/descēdit z obedit ei⁹ volūtati in omi peti tione ꝯ volūtati oīm creaturaz z ipa ma gis p̄ōt impetrare suffragia suis deuotis ꝯ omēs angeli z sancti. Nam ipa ex quo est dei mr̄ habet ius quodāmō etiā p̄cipi/endi: neq̄ phas ē aliquid negari ei a deo iuxta illud. iij. Re. ij. Pete mr̄ mi: neq̄ em̄ phas est vt auertā faciem meā. Uñ legit cuidā sancto reuelatū fore q btā ꝟgo iter alia hoc habet vnū gaudiū magnū in ce/lo q vicz deus tāta charitate teneat ad eaz vt ad votū consequatur quicquid postula uerit p quibuscūq̄ suis deuotis. sicuti hoc plurima exempla z miracula ostendunt q̄

describuntur li. vlti. huius voluminis ex q̄/
bus quod placuerit poteris hic applicare
O ita q̄ homo. O fidelis aīa cogita mē
te pia: q̄ excellētissima fuerit charitas in
maria: pensa t diligiter rumina O mens
deuota q̄ ardēs amor fuerit marie ad ie/
sum: q̄ dulcis deuotio ad dilectissimū ei⁹
natū dei filiū vnicū aīme sue solatiū. in
quo omnis eius consolatio: omis spes: oē
gaudium t omne bonū. O mirabilis de⁹
O iesu meus vtinā digneris exaudire p̄/
ces seruuli tui vt dignū me facias tue ma
tri seruitium exhibere in terris: quatenus
vnacū ipsa t tecum perfrui valeam in cele
stibus gaudijs.

Pars secūda libri noni de ex cellentissima charitate erga nos siue primū atq̄ materna sācta dilectione beate marie.

Go mater pulcre

e dilectiōis Eccī xxiiij. ca. Qui
bus in verbis spūsctō affiante
dictis asapiēte in psona marie
clare insinuat qm̄ ipsa pūlissima virgo dili
git gen⁹ humanum cordialissima t affec/
tuosissima charitate qua vult omnes ho/
mines saluari t neminē perire. Hū dicit:
Ego mater pulchre dil. qō vt patet lib. v.
pte. ij. arti. i. exponit. tam respectu christi
q̄ respectu omnū fideliū generaliter q̄bus
est mater. Notatur autem in ipsis verbis
triplex modus affectionis t amoris quo
ipsa mouetur charitatiue erga homines.

Primo quidem ipsa diligit homines et
afficitur charitate intima ad eos sup eoꝝ
malo misericor: difftime cōpatiēdo Se/
cundo sup eorum bono cōgaudēdo Ter
tio viscerosō affectu eos fouendo t pmo/
uendo scz ad summa bona glorie Primū
quo ad peccatores Scōm q̄ ad q̄uersos
et penitētes. Tertiū quo ad iustos t pfe
ctos homines Et q: in vniuerso hoꝝ triuz
sunt gña hoim. i. peccatoꝝ t in virtꝰ pfun
datoꝝ. Item ad pniam q̄uersoꝝ. Item iu
stoꝝ siue pficientium siue pfectoꝝ q̄ in ec/
clesia iusti iudicant. et vt cōmūi⁹ simul cē
sentur. Igit hoꝝ oim t singuloꝝ matrez
beatissimā ẏgo se appellat. vt erga oēs ho
mines suā charitatē nimīā ac misericōdiaz in/
finitā oñdat. Hō euidenti⁹ assert mellí
fluus Bernard⁹ in sermōe. Signū mag
nū apparuit ita dicēs: Quid ad mariā tre/
pidat humana fragilitas accedere Nihil
austerum in ea: nil terribile tota est suauis
O mihi hoia facta ē copiosissima charita/
te cūctis hominib⁹ se debitricē fecit Vt nō
sit qui se abscondat a calore eius Et quem
admodū sol sup bonos t malos exoritur
feréter: sic ipa oib⁹ se exorabilē oibus cle/
mentissimaz exhibet nec destituit merita
O im veniq̄ necessitates amplissimo q̄dam
miserat affectu Hec Bern. Primo q̄
sicut dixi afficit bta virgo tanq̄ mr̄ super
petōꝝ hoim malo cōpatiendo. Hñ nollet
hoiez peccare q: scit p petm̄ hoiez mori in
aīa: amittere iditabile t ce bonū celeste et
incurrere eternū malū gehēne. Idcirco in
themate se mr̄ez noiat di. Ego mr̄ pul. t̄c.
Quis nesciat mres ꝺdolere t deflere sup
incomoda filioꝝ. t certe ipa bta ẏgo sup
omēs matres plenissima ē mia et pietate
atq̄ dulcedine charitatis. Iō orat eccl'ia
Virgo singularis inter omnes mitis t̄c.

Scōo bta ẏgo diligit hoies ꝙuersos a
petis t penitētes coꝝ bono ꝙgaudēdo. si
nēpe gaudiū ē angelis sup vno petōre pe/
nitēte. Lu. xv. multomagis marie est gau
diū q̄ sup oēs angelos pēniet t plenissima
ē caritate. Et iō ꝙuenienter ipa figurat⁹ per
mlierē q̄ habuit dragmas. x. quarum nō est oña
creaturaꝝ rōnalium i. x. gduu. o. bono exn̄/
tiū. n. i noue chorus angeloꝝ t decio hoim
Et q̄dita vna. s. hūana p petm̄ atq̄ inuenta
p pniē t passiōis filij sui efficacia cōuerca/
tur ad gaudiū inuitādo amicas. i. alias sā
ctas di. Congratulami mihi q: inueni ora.
quā pdi. Lu. xv. Et idcirco i themate no/
tanter addit. pulchre. i. caste t gratiose ac
gl'iose dilectiōis: q: tota pulchritudo aīe ē
in gña t gl'ia ad quā p̄sequēdā bta virgo
amat pēitētes. Tertio ipa diligit hoies
iustos viscerosō affectu pmouēdo fouēdo
i oi gña optās eis sūma bōa gl'e celestis. t
pterea sbāditi rogāte. dilectiōis. s. mr̄. ut il/
gere q̄ppe ē aliquā bonū velle. ex ix. li. ethi.
Vere ipa omēs diligit ẏo amore. q: reste
Ber. Ipa oib⁹ oia facta ē. Oib⁹ s. nū mie
aperit. vt de plenitudine eius accipiant

vniuersi. eger curatione: captiui redemptione: tristis consolatione: petitor veniam: iusti gratiam: filius dei carnis substantiam: et tota trinitas gloriam. Hec ille. Itaque de hac eius charitate erga primum. i. erga nos homines ad quos tractates: vt scilicet recognoscendo eius maximam dilectionem circa nos: magis moueamur ad spem ac deuotionem erga ipsam. tria misteria declarabimus

Primum dicit misterium prae eminentialis magnitudinis
Secundum de maternalis habitudinis
Tertium de effectualis certitudinis

Articulus primus de magnitudine et excellentia charitatis beate Marie erga primum et quales homines amplius pre alijs diligant ab ipsa dei matre

Circa primum misterium prae eminentialis videlicet magnitudinis vt valeamus scire quam magna et excellentissima sit charitas beate virginis erga nos homines atque per hoc inducamur et nos eam summa deuotione colere tres questiones occurrunt. Primo queritur vtrum beata virgo habuerit charitatem primi. Et habeat in summo pure creature. Ad quod primus Richardus Media super quartum est ca. lxxxvij. quod beata virgo etiam dum fuit in hac vita habuit et multomagis nunc in patria habet charitatem primi in summo pure creature. Et hoc probat potissime tribus rationibus.

Primo ratione diuine charitatis
Secundo ratione gratiositatis
Tertio ratione propinquitatis

Primo ratione diuine charitatis. quia vt dicit Aug⁹. Eadem est charitas qua diligitur deus et primus: eo quod primus diligitur propter deum et aliter diligere non est gratum. Idcirco scribit. i. Joh. iij. Hoc mandatum habemus a deo vt qui diligit deum diligat et fratrem suum. Si quis dixerit quoniam diligo deum: et fratrem suum odit mendax est etc. ergo. qui habet summam charitatem ad deum summam habet ad primum. quia propter vnum quodque tale ipsum magis primo posterius. Nam cum primus diligit propter deum qui plus amat deum: plus propter ipsum et sic ipsum sic deum amat primum. Sed quoniam beata virgo summa habuit et habet charitatem ad deum vt prima pars huius libri ostensum est. ergo in summo pure creature charitatem habuit et habet ad primum. Secundo ratione gratiositatis vbi enim amplior fuerit gratia: ibi amplior charitas tam dei quam primi. quia teste apostolo Charitas diffundit in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. ad Ro. v. Sed quoniam beata virgo plenissima fuit spiritus sancti gratia. iuxta illud Lu. i. Spiritus sanctus superueniet in te Et iterum Aue gratia plena. Ideo ipsa plenissima est primi charitate: ideo vt se primere non valeat ex viscerosa charitate et pietate quin mox cum prepulsata fuerit effundat nobis gratiam et misericordiam. Unde Bernard⁹. dicit Maria antequam conceptione plena gratia ab angelo nunciatur: vt tandem sibi plena nobis etiam fieret plena. Si enim vase pleno aliquod corpus eidem immittit quanto illud maius est quod immittit tanto de liquore quo prius replebat cogit effluere ex suppleno: sed in eam iam gratia plenam deus eternus in conceptione mittit in uterum eius. Ideo necesse est vt semper effluat in eternum. Vas quidem liquore plenum si quo moueat: de facili effundit liquorem. sic beata virgo si quo precibus moueatur mox effundit gratiam. Ad cuius effluentiam ipsa omnes inuitat. Eccli. xxiiij. d. Transite ad me omnes qui concupiscitis me et a generationibus meis adimpleamini. Quod si adhuc trepidas et dicas vnde ipsa cogit vt effluat nobis gratiam: cum in libertate sua sit dare eam vel non. Dico secundum Richardum de media villa super. iiij. di. xvij. q. i. arti. ij. vbi dicit quod facienti quod in se est attrito nec obicem gratie ponenti necesse est aliquo a deo dari gratiam gratumfacienti: non quidem necessitate coactionis vel immutabilitatis absolute. quia deus nulli debitor est. Sed necessitate immutabilitatis ex promissione liberali vel ordinatione. qui liberaliter ordinauit et promisit se datum gratiam penitentibus facientibus quod in se est et petentibus iuxta illud Lu. xi. Omnis qui petit accipit et qui querit inuenit et pulsanti aperietur. Hec Rich.

Jta ꝙ beata virgo ex diuine liberalitatis repletissime cui⁹ voluntas sume est cōformis z ex intima charitate ac pietate qua plena est pīo est omib⁹ subuenire ad eam cōfugientib⁹ tanq̄ pessima mater grate et mie. Ad qđ quodāmō obligata fore demōstratur ex liberali dei ordinatione: qr deus ordinauit liberalissime vt ipa sit inuentrix gratie: cui illud Luce. Jnuenisti gratiam apud dñm Sed qr dicēte Augustino. xxiiij. q. vi. Si qđ. Si quis inuenit rez alterius scies cui⁹ est tenet eā restituere. Jdeo beata ꝙ inuenit gratiam quā prim⁹ hō perdidit tenet nobis ei⁹ posteris z heredib⁹ restituere nulli q̄ manifestū est vere ad eaz cōuersio quin veniā cōsequi valeat z gratiaz Jdarco Bern. de laudib⁹ virginis li. hortat⁹ est. Queramꝰ inquit fratres gratiaz p mariā. Qui sic querit inuenit et pulsanti aperiet: quia ipa omnib⁹ sinuz misericordie aperit vt de plenitudine eius accipiāt vniuersi. Hec ille. Tertio summa charitas super omnē pure creature charitatē est in beata virgine ratiōe ꝓpinquitatis sez ad deum. vnū qđq̄ em quāto est deo primo⁹ z immediatius cōiunctū et tantomagis participat diuinā ꝓprietatē z similitudinē. Qđ declaraf primo in naturalibus reb⁹. Nā ferrū quātomagis applicaf igni z primo⁹ iū gitur eo ignif amplius: z calorē ac similitudinē ignis recipit fortius. Jtem celum qr ꝓpinquat deo magis ꝙ terra vel terrestria ideo; celū magis participat ꝓprietatem summā id est incorruptibilitatem luminositatem eternitatē z hmōi cē. Jtem ascendēdo a terra videmus q aqua purior z luminosior est terra. Et aer aqua cē. atq̄ aer magis ꝓpinquꝰ solis lumini magis reddit luminosus ꝙ remotus. qr teste Aristotele. Oīe agens fortius agit in ꝓpinquū ꝙ in remotū. Jtē declaraf sēdo in rationalib⁹ rebus qr homo cū sit animal rōnale magis approximat do z magis participat ꝓprietatem diuinā sez mansuetudinez amorositatē z pietatē ac hmōi ꝙ brutum animal: dicente Aristo. li. poli. q hō est animal naturaliter māsuetū amicabile z sociale. Et angelus adhuc magis ꝙ homo. Jtē homo iustus magis ꝙ peccator z impius Et sancti in celo magis ꝙ viatores cē.

Jta ꝙ erꝯ beata ego sume ꝓpria fuit deo plenior. q gratia z nūc in patria est sup omnia immediatior: post christū deo per glām iuxta illud ps. Astitit regina a dextris tuis id est in potissimis bonis glie. Sō sicut deꝰ est ergā nos sume misericors z benignus cui ꝓprium est misereri semp z parcere atq̄ amare. quia deus charitas est. i. Joh. iiij. Jta beatissima ego sume participat has ꝓprietates vt sit super oēm puram creaturā pessima misericordissima z charitate plena. Proinde Bern. dicit. Per te accessum habemus ad deū o beata virgo inuentrix gratie: genitrix vite: mater salutis eterne. copiosa charitas tua nostros operit multitudine peccatoꝝ Jdē in ser. Jn festo ne di. Quid dicam inquit de fonte pietatis. nōne qui pomum in manu sua tenet dimidia die: beata filiqua dici parte pomi seruabit odorem. Quantum igit viscera illa pietate affecta sunt in quibus diuina pietas nouē mensibus requieuit. Hec ille. Ecce igitur quare et dictis rōnib⁹ q beatissima dei mater matern charitate nos diligit ꝙ omēs angeli vel sanctī ac quicunq̄ homines quantūcunq̄ diligere possent. non sic certe pater vel mater filiuz. non sic frater fratrem aut sororem. non sic amicus amicum: non sic omis creatura diligere potest quantū ipa nos in deo z fm deum diligit. Vere ergo durissimū est: deū hoīm impiorum qui pro tanto amore nolunt ipam reamare per deuotionis spiritualis affectū et cultum. Sēdo circa hoc primuz misterium questio occurrit. vtrū ipa bta virgo magis diligat aliquem hoīm ꝙ alterū an oēs equaliter amet. Ad qđ breuiter Rndet q non omēs equaliter diligit sed vnū magis altero. Quod ostendit

Primo rōne diuine cōformitatis

Sēdo rōne equitatis

Tertio rōne similis virtuositatis

Primo rōne diuine cōformitatis. tāto ꝙpe charitas in hoie est ordinatissima z sanctissima quāto diuine voluntati z charitati ē cōformior. Sed qr deus nō diligit omnes homines equaliter. q magis diligit eos qui sunt mēbra vnigeniti filij sui vt oi ciſ in tertio sniaꝝ dist. xxxij. Hec ex hoc sequitur q i deo sit mutabilitas dilectionis fm

magis ⁊ min⁹. quia vt habet a mgr̃o: ibi/ de licet diuina dilectio ſm eſſentiã non re/ cipit magis ⁊ min⁹. Tamẽ ſm efficientiã inquantũ aliquos ad maiora bona alios vero ad minora diligit dicit magis ⁊ mi/ nus diligere. Aliquos aũt q̃b⁹ penã vult inferre dicit odire vt pctõres. Vñ Eccĩ. xij. Altiſſim⁹ odio habet pctõres. Vñ ſm Bonauẽ. di. q.ia ſ. tertij libri. Dilectio ðĩ eſt pot⁹ effect⁹ q̃ affectus. Hã ⁊ Ariſ. ix. ethico. ait: q̃ dilectio amicitie fundat ſup beniuolẽtia. Concludit g̃ q̃ ſicut de⁹ aliq̃ bus maiora bona vult ⁊ ſic magis diligit Sic ⁊ btã dei genitrix que ſup oẽs confor/ mis eſt diuine voluntati aliq̃s q̃ vicꝫ ſunt mẽbra filij ſui ⁊ ð ſpũ filij ſui viuũt in gra ampli⁹ diligit. ⁊ q̃s de⁹ odit ⁊ ipa odit vt dicere poſſit cũ ps̃. Nõne q̃ oderũt te dñe oderã ⁊ ſup inimicos tuos tabeſcebã. per/ fecto odio oderaꝫ illos inimici facti ſunt mihi. Scõo oñdit Rõne eq̃tatis ⁊ iu/ ſticie q̃ in btiſſima ỹgine ẽ charitas ordi/ natiſſima. Vñ Cant. ij. Ordinauit in me charitatẽ. ſ. ipe ſpũſſctũs. Ordo aũt rect⁹ charitatis ex equitate ⁊ iuſticia req̃rit vt meliores ⁊ deo ꝓximi in ỹtute p̃diligant remotioribꝫ et peiorib⁹ vt vult ſctũs Tho. ſcõa ſcõe. q. xxvi. g̃ tẽ. Hinc de pe. di. ij. §. Intelligo dicit q̃uerſa eſſe dilectio q̃ non ſeruat legitimũ modũ ⁊ ordinẽ dilectõis ꝓſtitutũ vt q̃ diligũt nõ diligẽda vel ma/ gis diligũt min⁹ diligenda. Tertia rõ cõſimilis virtuoſitatis. Hã ſic diligit ſi/ bi ſic. vij. Ethico. Et oẽ aial diligit ſibi ſic. Eccĩ. xiij. Quãto g̃ q̃s ẽ p ỹtutẽ deo ⁊ btẽ ỹgini ſic⁹ ⁊ tanto ẽ diligibilior. Vñ vij. Ethi. Boes inq̃t oj dicũt fieri ꝓpter ỹtutis excellẽtiã. p. rau⁹ aũt hõ deterior eſt beſtia. Hec ibi. O itaq̃ pctõr cõuertere ⁊ ỹtutib⁹ deo affic̃ari ſtude. vt de⁹ te diligat et ſanctiſſima ei⁹ jmr̃: ac oẽs ſcti affectuo/ ſius p te intercedãt ⁊ foueant ac pregant: amẽt ⁊ tibi ꝯgaudeãt. Scõo q̃rit circa h̃ ꝑmũ miſterĩ. quales boies btã ỹgo p ceteris ampli⁹ diligat. aut qualr q̃s poſ/ ſit facere vt ab ea magis ac magis diliga tur. Ad q̃ dico q̃ ſicut colligere poſſu/ mus ⁊ elicere ex paſſũpti thematis noſtri aucte quattuor ſunt gña hoim q̃ ſpealiter ſe/ ctã a btã ỹgine diligunt. et tanq̃ in fili/ os amantiſſimos ab ipa adoptant Pri/ mũ gen⁹ eſt eoꝝ q̃ caſtitatis hñt affectio/ nẽ. Vñ dicit. Ego inq̃t mr̃ pulchre dilec/ tionis Caſta quippe dilectõ dicit pulchra dilectio ſicut carnalis dilectio p ꝯtrariuꝫ dicit turpis amor. Vnde Sap. iij. O q̃ pulchra eſt caſta gñatio cũ claritate. im/ mortalis em̃ eſt mẽoria illi⁹. q̃m ⁊ apũd deũ nota ẽ ⁊ apũd homies. ſ. p amoris noticiã. Hã ipa cũ ſit virgo caſtiſſima non niſi ca ſtos diligit: q̃ ſic̃ ſic̃i applaudet ſm Bo/ nauen. Scõm gen⁹ ẽ eoꝝ q̃ diuinũ hñt timorẽ. Vñ ſubdit in dicta aucte. et timo ris. Qui g̃ timẽt offendere deum ⁊ a pctõ cõuertunt timore filiali: hij a btã virgine ſpeciali⁹ diligunt atq̃ a xpo eius filio et ſãctis. Vñ Eccĩ. xxv. ca. Btus hõ cui do/ natũ eſt hre timorẽ dei. Timor em̃ dei ini/ tiũ dilectiõis eius. Et ite⁹ ca. xv. Qui ti/ met deũ faciet bona ⁊ q̃ ꝓtinẽs eſt iuſticie apphender eã. ⁊ obuiabit illi quaſi mater honorificata. Qui igitur in pctõ pſeuerãt nec dei p̃cepta obſeruant. hi ſunt btẽ ỹgi/ ni deteſtabiles tanq̃ maledicti: iuxta illõ ps̃. Maledicti q̃ declinãt a mãdatis tu/ is. Terciũ genus eſt eoꝝ qui vere fidei hñt agnitionẽ. Vñ in aucte ſubdit Et ag nitionis. q̃ ſicut ſine fide impoſſibile ẽ te/ ſte apl̃o Heb. xi. ca. placere deo ita ⁊ btẽ ỹgini. Hic Eccĩ. xxv. Fidei initiũ adglu/ tinãdũ ẽ ei. Claret g̃ q̃ hereticꝰ ſciſmatici et quicũq̃ male ſentiũt de articulis fidei: aut q̃ fidẽ verã nõ hñt de ỹginitate beate marie nõ amant ab ea ſed deteſtabiles ſũt tanq̃ inimici. ſic̃r qui diuinationib⁹ intẽ/ dunt. q. vt habet. xxvi. q. i. Epi. Fidẽ non hñt diuinatiõi bꝰ ⁊ magicis artib⁹ intẽden/ tes. Quartũ gen⁹ eſt eoꝝ qui erga ip/ ſam hñt ſpei deuotionẽ. Vñ ſubdit. Et ſã cte ſpei. Hã qui ipam ſpeali⁹ amãt ⁊ ſpez in ipa ponẽtes in patronã ſpealẽ eã deuo/ tius inuocant: tales ipa ſpealius reamat: iuxta illõ Prouer. viij. Ego diligẽtes me diligo. Qõ patet in exẽplo ex legẽda feſti marie de niue in roꝛe pritio: ⁊ in multis alijs miracul. de q̃b⁹ in li. vi. pl̃ima ſcribẽt O itaq̃ aia fidelis pẽſa q̃ ſuaue q̃ vtile q̃ nccium ſaluti ac q̃ ſecuꝝ ſit diligere ⁊ diligi a btã dei mr̃e: ⁊ toto tuo poſſe ad id tende. vide q̃ indicibili charitate ipa nos

diligat ⁊ tanq̄ mat̄ pīssima ac charitate plenissima nos saluari cupiat. Pro tanta igit̄ charitate eidē gr̄as refunde: ipam deuoto seruitio cole. castitatē tene ⁊ deum time. Fidē habe: ac spem totaz in ipam pone. Sciēdo te tāto plus ab ea diligi quanto in his conaris pfici: ⁊ p ꝯsequēs in celesti regno cuz ipa beatificari ⁊ amplius premiari ⁊c.

Articul⁹ scūs de mīnali habitudine marie qz scz ipa ōr mater oīm ⁊ p cōsequēs mīnā hz caritatē erga hoīes ⁊ etiā angl'os.

Circa secundū mi-
c iterū pncipale scz mīnalis habitudinis tria q̄ro. Primo vr̄z btā ꝟgo dici possit mater mī oīm xpianoz ⁊ electoz. Scdo vr̄z ipa gl'iosissima ꝟgo dicat merito mī n̄ solū hoīm sed etiā sctoz angeloz. Tertio vr̄z ei⁹ mīna dilectio sit maior ad hoies q̄ angelos an ecōuerso. Ad primū q̄stū Rīdet fm magnū Alb. sup missus ē ca. clxxxvij. q sic ⁊ oīdit. Prio aucte Secūdo rōne. Tertio exemplo ⁊ silitudine

Prio inq̄ auctas. Hā Lu. ij. habet Peperit filiū suū pmogenitū. g̃ habuit scdogenitū nō q̄ dē corpal'r vt bn̄ ꝟstat. g̃ spūaliter. Sz gn̄atio spūalis vna ē oīm xpianoz ⁊ electoz. g̃ ipa mī oīm spūaliū Itē ad Heb. ij. apls dicit q xps nō ꝟfūdit cos scz xpianos vocare frēs. Ipe cīm ē pmogenit⁹ in multis fratrib⁹. g̃ sicut xps est frat oīm xpianoz. ita ⁊ ei⁹ mī maria ē oīm mī Ūn Anselm. Si xps oīm frat̄ cur nō ipa q genuit oīm mī. Itē Sap. vij. scriptū est Cūm oīm bonoz mater est Scdo oīdit rōne. Hā eccl'ia canit. dī. Maria mī gratie mī mie. Sz p gr̄am oēs xpiani habēt gratuitū eē et habebūt in futuro gl'iosū eē g̃ ipa est mī oīm electoz. Tertio oīdit exēplo ⁊ silitudie. Hā mī respectu filij habet ꝓprietatē genitur̄e cure ⁊ prioritatis. beata ꝟgo mater est. g̃ oīm xpianoz. Genitura. qz vnū hoīem xp̄m genuit p quem oēs xpianos regñauit. ⁊ hoc est qd̄ dicitur Peperit inq̄t filiū suū pmogenitū. Itē ipa est mater cura. qz in xp̄o nobis genuit q̄quid ad hanc vitā vel futurā ad salutem nobis necūm fuit. ⁊ curā in celo solicitaz gerit nr̄e aduocatiōis tanq̄ mī mie adoptata sicut canit eccl'ia. Ipa etiā est mater prioritate: qz p̄electa ⁊ pmogenit. ante oēm creaturā Eccl'i. xxiij. Hinc dn̄s iesus in cruce pendēs dixit Je. Ecce mī tua Joh. xix. Et btē ꝟgini. Ecce filius tuus. Johes quippe interp̄tat gr̄a vel in quo ē gr̄a. Et ideo ibi tpū tenuit oīm exēplū in gr̄a hoīm: quos dn̄s omēs ⁊ singulos sue matri tanq̄ adoptatos filios recōmēdatos esse voluit. Ūn̄ tota vniuersalis eccl'ia canit ad beatā virginē loquēdo: Dō stra re eē mīrem sumat p re pces q̄ p nobis natus tulit eē tu⁹. Et mellifl⁹ Bern̄. oīdit q̄les xp̄iani dicant ver⁹ btē marie filij vt q̄b⁹ signis a g̃sci b̄ valeat sup eu ageliū Stabat iuxta crucē ⁊c. ita dī. Vult̄ g̃ fratres cog̃scere. s. p signa marie vez filiū. Ille ē q̄ pter b̄ q sei pm ꝟgis obsequio mācipauit: deū et toto corde diligit q et ipa nat⁹ est. Et in se voluptatē carnis abdicauit. s. castitatē deseruiendo. necnō ad primū vt pōt mie opa extēdit. Certe de isto dic̄ xps ad mariā. Ecce fili⁹ tu⁹. Hec ber. Ad scōm q̄stū Rīdet fm. s. cundē Alb. vbi s q btā ꝟgo maria dei genitrix inclita merito dr mī nō solū hoīm sed etiā angelorum sanctoz ⁊ in patria beatoz aq̄soim creaturaz dei triplici potissime ratione

Primo rōne causalis originationis
Scdo rōne eternalis p̄destinationis
Tertio rōe supnalis illustrationis

Prio inq̄ rōe cālis originis. qz ipa est mī dei. sed de⁹ ē pr̄icausa ⁊ origo oīm creatoz̄. g̃ ipa ē mī oīm. Hā q̄q̄d ē cā p se ⁊ origo cāe ē etiā origo ⁊ cā causati p auctorē de causis. Sz q̄m mī dei ē p se cā ⁊ origo filij. ⁊ fili⁹ ē p se cā ⁊ origo oīm angelorū sctoz ac creaturaz. g̃ ipa ē mī omniuz.

Scdo rōe eternalis p̄destinatiōis ipa enim ab eterno ⁊ ante secula predestinata est: vt esset principium ex quo recreandū fuit omē creatū Ūn de ipa appriate legit illud Prouer. viij. Dom⁹ possedit me in initio viaz suarum anteq̄ quicq̄ faceret a pncipio. Et infra cū ipo erā cūcta cōponens ⁊c. Ūn quia ipa pordiata ⁊ p̄uisa ē

in mente diuina: creatus ē orbis z angeli/ca natura ac tota mundi machina. ḡ ipsa merito dicit̄ mater oīm etiā angelorum z creaturarū. Tertio rōne supnalis illu/strationis quia in gloria supna oēs angeli et sancti accipiunt illuminationē z per/fectionē beatitudinē a domino iesu in quē desiderāt ā geli ꝓspicere. i. Pe. i. Et ꝑ quē omia restauratur siue que in celis sunt siue que in terris Col. i. Sed quia domin⁹ iesus in gloria dei patris est in ca.ne sū/pta ex beata virgine: in qua quidem incar/natione diuina omnes angeli atq; scī bri/ficos se gaudent fore eterna beatitudie z sic quoddam esse glorie recipiunt omnes a beata virgine. ergo z ipsoꝝ est mater in esse glorie superne. Ūñ Bern̄. Merito o domina in te respiciūt oculi vniuerse crea ture in qua z ex qua benignissima manus dei quicquid creauerat recreauit. Ad te quippe o domina sicut ad mediū respici/unt. z qui habitant in celo. z qui in infer/no. Et qui nos precesserunt. z qui nos su/mus. z qui sequunt̄. Qui in celis sunt, vt resartiant̄. qui in inferno. i. purgatorio vt eripiant̄. qui precesserunt z nunc sunt vt fideles inueniant̄ z qui sequunt̄ vt glorifi centur Hec ille. Ad tertiū quesituz ꝗa dictū est ꝙ est mater non solum boīm sed etiā angelorum ergo restat. q̄stio. v. magis diligat homies cū angelos vel econuerso.

Deniq; sanctus Joseph sponsus marie occurrens cū letitia ait: Salue mea gratiosa: mea venerabilis dña quam rex celi mihi in sponsam donauit t imaculatam ꝓseruauit cuius eram custos castitatis: et testis virginitatis: t secretarius diuine incarnationis. Ego p̄mus tuum partū adorauī t omnis ꝑegrinationis tue comes extiti: tibi t dulci tuo Jesu diligenter seruiui Erat mihi tua societas suauis: tua allocutio iocūdabilis. Nūc ergo o mater gratie cum tuo nato iocūdare t mihi tuo spōso benedictionem p̄be tē. Tertia turba occurrit sanctoz martyrū dicens: Aue triūphus t palma martyrum que p̄ omnibus meruisti: cum filio tuo in cruce pendenti astitisti t gladio doloris coz vulneratū habuisti. Nunc gaude sup omnes gloriosa t letare cum amantissimo nato per secula. Tunc sancti innocentes accesserūt dī. Aue nostra gloria. felix illa hora q̄ christi infantia nostre passionis fuit causa En o beata qualis nobis martyrū gloria est p tuuz filium donata. Sis t tu cum filio felix p̄ imensa gaudia. Sanctus quoq; stephanus ꝓthomartyr ait: O benedicta martyrum regina. Ecce quia p̄mus p tuo filio martyrium sustinui quanta mihi sunt donata p̄mia. Ipsi ergo dño iesu t tibi laus t gloria. Quarta turba occurrit sanctoz ꝓfessoz salutando dicēs: Aue confessoz stella t lux sanctitatis ac speculum virtuositatis vere in plenitudine sanctoz detentio tua: quia cereris p partes: tibi vero tota infudit se plenitudo gratie t virtutis. Hunc ergo merito gaudes sup omnes in plenitudine celestis p̄mij t glorie. Quinta turba occurrit virginum salutando dicens: Aue virgo virginū beatissima t mater summe puritatis. Vulte quidem filie congregauerūt diuitias. s. meritoz t gratiarū: tu supergressa es vniuersas. Nūc igitur cū tuo filio quē virgo concepisti t virgo peperisti atq; post partum virgo permansisti: gaude in decore sūme puritatis per secula. Sexta turba. oim beatoz cōmuniū occurrit eā laudando t salutando: Aue mater gratie mater misericordie: tu gloria electoz: tu honorificentia populi israel: tu letitia gentis sanctoz: p te t ex te habemus quicquid boni habemus. ergo p te t in te tuo nato laus t gloria. Septia turba angeloz assistentium qui raro t ex specialissima tūm gratia emittunt. O si throni t dñationes occurrerunt beato Martino: vt legitur multo magis oēs etiā assistēres matri dei occurrerunt eam salutando t dixerūt: Aue dei genitrix celoz regina: angeloz omniū domina: q̄ demones ꝓstrasti: mūdū liberasti ruinam angelicam restaurasti: dei filiū de celis attraxisti. Nūc igit gaude possidēs thronū glorie tibi p̄paratū. Inter eos autem Gabriel archangelus occurrendo et gaudens dī. Ecce inquit celi regina tua gloria est completa: quam tibi in salutatione p̄nunciauerā. Aue gratia plena dñs tecum benedicta tu in mulieribus. Ecce gloria es plena. Ecce tecum vere dñs Jesus tuus te exaltans: te summe letificans: vere tu benedicta t superbenedicta p̄ oībus. Octauo occurrerūt diuine persone. Nam quia dñs iesus totus festinus occurrit matri: vt restatur Hiero. in sermone de assumptione. Et quoniā ipe persone diuine inseparabiliter se comitant: vt dicit Augu. de trinitate. ergo cum ibi fuerit p̄sona filij sequit q̄ affuit t pater t spiritus sanctus. Quis autem excogitare sufficiat quanta iocunditate q̄ taue suauitate dñs iesus ipsam p̄dulcissimam genitricem suam salutauerit amplexatus fuerit t oscultus ad gl'iam sup̄mā inuitauerit dicēs: Surge ꝑpera mī mea dilecta: veni mī pura mea dulcz t amāda: Intra nūc in tui filij gl'iosa hiacula vt gaudeas mecū oī bono celestiū deliciaz sine fine. Deniq; de-

pater in tubilo salutando eā atq; ꝓsolando di. Aue mea ꝑelecta filia ⁊ sponsa ꝑdilecta vide ⁊ agnosce diuinitatē meā. Ego te ꝑ angelū salutaui ⁊ vt filiū meū ꝓciperes ⁊ pareres virgo mandaui: vt ꝑ carnez et te sumptā mortē patiendo filius meus mūdū liberaret volui: veni ergo de libano sp̄osa mea veni coronaberis. Ceterū spiritussanctus salue inquit virgo pura sup quā ego requieui septiformi grā: in te loco filio dei ꝓparaui: ⁊ de pomone puri tui sanguis xp̄i corpus formaui: virtutibus ⁊ gratijs te ditaui: ⁊ vt digna fores mr̄ dei in bñdictionib⁹ dulcedinis ꝑueni. Nunc igit iocūdare felix sup cūctos visione dei.

Tunc beata ꝙgo adorans hūiliter deū ⁊ sanctā trinitatē ac laudans ⁊ grās agēs ait illud Eccl'.li. Cōfitebor tibi dñe rex.s. deus pater. ⁊ collaudabo te deū saluatorē meū.i. dñm iesuz. Confitebor noī tuo qm̄ adiutor ⁊ ꝓtector factus es mihi.s.tu sancte spiritus me replendo ⁊ liberasti corpus meū a ꝓditione. vicz p̄seruando ab oi labe ⁊c. Tertio q̄z his habitis assumpta est b. ꝙgo ⁊ in celū deducta letanter: quia summa cum letitia oīm celestium agminū. Unde sanctus Gerardus ep̄s ⁊ martyr in suis omelijs dicit: Hodie virginez mariā celi suscepерūt letando: angeli gaudendo: archangeli iubilando: throni exultando: dñationes psallendo: p̄ncipatus armonisando: cherubin ⁊ seraphin hymnisādo: atq; ad supne maiestatis diuine tribunal deducendo. Hec ille. De hac autē iocūda eius deductione atq; gaudiosissima introniſatione latius patebit in seq̄ntib⁹.

Articulus tertius de mō quo gaudiosissime introniſata ē beata virgo Maria in regnum celeste ⁊ suā omnes collocata.

Circa tertiū p̄ncipale de modo gaudiosissime introniſationis beate virginis: Videndū restat ⁊ psequendū de his tribus.

Primo quidem quali gaudio ⁊ iubiloso cantico sit in p̄missis turbis btōz ad thronū sue glorie traducta. Secūdo qualit sup omnes ordines angelo⁹ ⁊ sanctoꝝ exaltata. Tertio q̄liter a sanctissima trinitate sit in suū thronū glorie introniſata.

De ꝓmo nota q̄ fm deuotos cōtemplatores ⁊ huius rei tractatores pie possum⁹ cogitare seu meditari q̄ cum beata virgo fuisset tanta solēnitate qua patuit resuscitata ⁊ glorificata corpe ⁊ aīa atq; ab oīnibus turmis sanctoꝝ ⁊ angeloꝝ occurrentiū honorifice salutata. Tunc dñs iesus ait ad omnes beatos. Ecce inquit nostis ⁊ videtis matrem meam puriſſimā resuscitatā corpe glificato: in cuius vtero vīa ⁊ oīm electoꝝ ꝓ salute hoc meum corpus gl'iosum sp̄ūsancto formatum assumpsi: ⁊ tanq; in tabernaculo dignissimo requieui nouē mensibus. Tandem ipsa virgo me peperit ⁊ vbere de celo pleno lacte ꝙgineo aluit: castissimo amplexu fouit: ⁊ in oīnib⁹ deuotissime ministrauit. In cruce quoq; mihi ꝓ vobis patienti ⁊ morienti astitit: ⁊ doloris gladio cōfossa eius aīa extitit ⁊c. Nunc igitur pensate ⁊ ꝓsiderate: quia dignum est vt in throno meo sup omnes exaltet ordines beatoꝝ: eterna p̄mia ꝓceptura. Tunc omnes angeli ⁊ beati ꝓcidendo ⁊ dñm iesum adorando ⁊ collaudādo ceperūt dicere illud p̄s. Magnus dñs et magna virtus eius ⁊ sapie eius nō est numerus. Et illud Sap̄. ix. Tecum dñe sapientia que nouit oīa opa tua que ⁊ affuit cum orbem terraꝝ faceres ⁊ sciebat quid placitū esset coram oculis tuis. Ipsa igit tua infinita sapia decernat: quia iustum ⁊ dignū videtur seruis tuis dñe: vt ipsa tua sancta mater oīni honore ⁊ laude dignissima a dextris tuis in throno gl'ie tue gaudeat vnatecum ⁊ regnet in secula seculoꝝ.

Tunc sancta trinitas mandauit oīnib⁹. illud p̄s. Sumite psalmū ⁊ date tympanū, psalteriū iocūdum cum cythara. buccinate in neomenia tuba in insigni die solēnitatis vestre. i. huius assumptionis. Sicq; cū oīni iubilo ⁊ totius curie celestis sūma exultatione cepit virgo beate in celuz ⁊ glorie thronū traduci ⁊ eleuari iuxta qđ prefiguratū fuit. ij. Regū. vi. Surrexit dauid. i. christus: ⁊ abijt ipse ⁊ omnis populus vt adducerent archam dei. i. beatā dei matrem. Dauid autez ⁊ omnis israel ludebant coram dño in cytharis lyris et

timpanis ⁊c. In quo figuratur iubilatio oim sanctoꝝ ⁊ angeloꝝ ⁊ laudis decantatio p beatissime ꝑginis assumptione. Et nota q oēs turme beatoꝝ deducendo beatā virginē admirabant in ea ⁊ canebāt iubilosas laudes: magnificando ipsam p̄cipue de trib⁹. Primo de eius pulchritudine: qz non ꝓsueuerant antea videre sup angelicā pulchritudinē nisi diuinā: Sed nunc in beata virgine cernebant decorem excellentem super angelos infra xp̄m. Et ideo canentes dicebant: Que est ista que ꝓgredit quasi aurora rutilans pulchra ut luna electa ut sol Cañ. vi. Quib⁹ comitātes rñdendo canebant. Ista est speciosa inter filias hierl'm sicut vidistis eam plenā charitate ⁊ dilectione eccl'ia dicente. Secundo laudabant eā de sūma dignitate a deo sibi collata. eo q nō ꝓsueuerant antea habere angeli ⁊ beati Reginā sup oēs choros exaltatam: sicut nunc cernebant: ⁊ ideo dicebant: Que est ista que ascēdit de deserto delicijs affluens ⁊c. Cañ. vi. q. di. Mundus totus est quasi desertū carens oīni virtute: ⁊ quō nunc de eo ascendit talis regina. Quib⁹ comitantes respondebant: Ista est regina que astitit a dextris dei in vestitu deaurato circūdata varietate. Tertio laudabant de eius gl'ie sublimitate ⁊ p̄mꝝ copiositate ac dīna familiaritate: quia nunc̄ viderant aliquē post xp̄m in tanta gloria ⁊ plenitudine omnis gr̄e ac tanta ⁊ tali familiaritate dei ascendentem. vnde di. Que est ista que ascendit sicut ꝟgula fumi ex aromatib⁹ mirrhe ⁊ thuris: ⁊ vniuersi pulueris pigmentarij Cant. iij. in quo omnis gratie ⁊ plenitudo glorie figuratur. Quibus respondendo cantabatur a comitantibus. Hec est q nescivit chor⁹ in delicto habebit fructum in respectione animarū sanctaꝝ Sap. iij. O ergo anima fidelis ꝓtemplare quātis gaudioꝝ generibus: c̄ꝫ iocundis laudib⁹: ipsa virgo gloriosa est exaltata. De secundo qualiter vicz pertransijt oēs choros ⁊ sup omnes ordines sit exaltata. Nota q cum sic cum omniū exultatōie eleuaretur. Primo possumus deuote meditari ꝑm qō scribūt deuoti ꝓtemplatores q cū aereum celum: ⁊ deinde celum etbereum gaudēs transuolasset celeriter ad sidereū celum ferebatur: vbi p gl'iam eius obscurari lux solis lune ⁊ stellarū videbatur p̄ cunctisq radians cum cerneret c̄ꝫ magni sol ⁊ luna: c̄ꝫ magne stelle forent a deo create: que tamen hic nobis pua cernunt cuz tamen vt dicunt p̄bi minima stella maior est terra. Deinde celum cristallinū ptrā/siens penetrasset celum empireū vbi beatoꝝ est mansio vidisset quoq eius amenitatem et pulchritudinem cepit psallere et dicere illud p̄s. Quā dilecta tabernacula tua dñe virtutū concupiscit ⁊ deficit anima mea in atria tua. Vere melior ē dies vna in atrijs tuis sup milia. Tunc p̄dilectus eius filius Jesus ait ad eā: Ecce genitrix dulcissima vide latitudinem celoꝝ ⁊ pulchritudinē mansionū celestium quas ego p̄paraui electis meis habitādas. Ecce luna ⁊ sol ⁊ stelle q̄ te in scripturis multipl'r p̄figurauerūt. Ecce celū empireū c̄ꝫ pulchrū c̄ꝫamenū sup omnia inferiora in quo perpetua erit tua ⁊ beatoꝝ habitatio vna mecūq; conregnatio. Hec omnia manus mea cōdidit ad deitatis gl'iam ⁊ laudem sempiternā. Tūc ait maria: Vere fateor: qz magnus dñs ⁊ laudabil' nimis in ciuitate dei nostri in monte sancto ei⁹. fundat exultatiōe vniuerse terre mons syon latera aquilonis ciuitas regis magni teste p̄s. Tandē. Secūdo cum peruenissent ad choꝝ infimū beatoꝝ in celo empireo vbi ē chorus puerorꝝ baptisatoꝝ ⁊ cōmuniū sanctoꝝ ꝑm Rich. sup sententiaꝝ libro. ij. Illi eā cōmendare ceperūt ⁊ dicere: Te o dña mūdi q excedis oīm merita decet ⁊ dignū est ascēdere supius: qz nos in meritis paucis vel nullis xp̄ijs saluari sumus in choro h̄ infimo ordinati. Ascendendo igit altius relinque nob⁹ bñdictionē tuā. Tertio q̄z ad choꝝ angeloꝝ veniendo ⁊ illi cōmendauerūt eā di. O regina angeloꝝ merito tu sup nos exaltaris: qz cū nos p̄sideamus singulis hoīb⁹ custodiendo: tu es oīm vniuersaliter protectrix et dña. Ascendendo igit relinque nobis tuā benedictionē Post hec Quarto ad choꝝ archangeloꝝ veniendo et illi cōmendauerūt di. O felix maria nos q̄dem habemus nūciare mūdo maiora: Tu ꝓ

edidisti mūdo oīm maximū: sc̄z filiuz dei Merito ergo exaltaris. Et ascendendo relinque nos in tua benedictione. Quinto p̄terea ad virtutū choz venīēdo cōmē/dauerūt ip̄i eā di. Nostrū est facere mira/cula. Sz tu ꝑgo sūmo et indicibili mira/culo deū in tuo vtero ꝓclusisti: et carne in/duisti. ergo dignū est te ascēdere et nobis benedictionē tuā impt̄ire. Sexto pote statuū ad choz veniendo cōmendauerūt ipsi eā di. O benedicta femina nostrū est p̄tares demonū cohercere. Sed tu caput serpentis ꝓtriuisti. Digne ergo ascendis: et nos bn̄dic. Septimo p̄ncipatuū veniendo in ordinē cōmendauerūt d. O impatrix oīm: nos p̄ncipamur angelis: Tu ꝑo oīb creaturis. iustum est ergo te ascendere. et nos bn̄dicere dignare. Octauo dn̄ationes eam cōmendauerūt di. O dn̄a inclita nostrū est p̄ncipati b̄ posse: Tu ꝑo vt mater ius habes etiā deo filio tuo p̄cipiendi. ergo ascendis merito: et nos benedictione tua p̄tcipes facito. Nono pueniendo ad choz thronoz q̄ cōmendauer̄t eam di. O vere iocunditas electoz: digna es exaltari sup nos. Nam in nobis deus requiescendo iudicia decernit: in te dei filius carnē assumendo in qua iudicaturus est viuos et mortuos requieuit ergo ascēdendo nobis benedic. Decimo ad chorū cherubin aduenīēdo et ip̄i cōmendauerūt di. O dine sapīevas admirabile: Nos dīna sapīa iocūdamur: tu mater es et genitrix sapie dei. i. dn̄i ies̄u. ergo dignum est te sup nos ascendere nosc̄ tua in benedictione relinque. Undecimo ad choz seraphin venīēdo cōmendauerūt illi di. O mater pulchre dilectionis: Nos ardem⁹ charitate dei. tu in sūma plenitudine charitatis deum tanc̄ filiū p̄ oīb dilexisti: dignū est te sup nos ad thronū tibi p̄paratū ascendere: et nobis bn̄dictionē tuā infunde. At beata dei mr̄ gratias et laudes agens deo ait: Benedictus dn̄s deus isr̄l q̄ facit mirabilia magna solus et bn̄dictū nomen maiestatis eius. Et iterum omnibus chozis benedicēs ait: Benedicti vos dn̄o qui fecit celum et terram. Et tunc ad. xij. thronū vicz xp̄i est eleuata: qui ē superōēs angeloz et sanctoz chozos. Et de hoc in sequētibus. Ultimo iam resta⁹ videre qualr beata virgo in thronum glorie sit itronisata a trinitate sanctissima Et de hoc breuiter pie et deuote ꝓtemplando Nota q̄ cuz solemnitate z tāta gaudiosita te beatissima dei mater fuisset vt p̄dictuz est deducta et exaltata sup oīs ordines. Tunc dn̄s ies̄us cū sūmo honore ip̄az ad sui dexteram in throno gl̄ie sue collocauit Ūñ Aug. Tibi inquit dn̄a digne thron⁹ regis gl̄ie debeb̄: te ip̄e rex gl̄ie vt matrem veram z decoram sponsam p̄ omnib dilīgens amoris ampiectu sociauit sibi. Gaude igit̄ z letare sine fine. Ex qua auctoritate claret q̄ si debetur sibi thronus regis gl̄ie. ergo idem est thronus suus z regis. Jtē si mater regis z sponsa: ergo iuxta regē fm illud. ij. Regū. ij. Positus est thronus matri regis q̄ sedit ad dexterā ei⁹ zc̄.

Tunc deus pater bn̄dicens eā ait: Benedicta tu in mulieribus sicut annūciaui tibi p̄ angelū. Benedixi tibi z eris bn̄dicta in eternū. Geñ. xxvij. Benedicentesc̄ bn̄dicam tibi: z exaltabo nomen tuū in seculuz en sup oīa creata te dn̄am cōstituo. Et iuxta illud Geñ. xli. Tu eris super domū meam z ad tui oris imperiū cūctus obediet ꝑplus. Cuicūc̄ volueris regnum trade tibi fideliter seruient. Salua quos tibi placuerit: tu regia angeloz: tu dn̄a mūdi: regna z gaude in gl̄ia mea per secula.

Filius quoc̄ dei patris dn̄s ies̄us eā bn̄dicens ait: Benedicta tu mater dilectissima B̄ūs tuus vterus quo me filium dei portasti z beata vbera tua virginea quib lactasti: vt scriptū est Luc̄. xi. Gaude nunc z letare vnamecū in throno gl̄ie perpetue En q̄ mihi fidelit̄ z deuotissime fuisti reddo tibi fruitutz vicē z retributionē: vt sicut me suscepisti in vterū tuū purissimū z dignissimū. Jta ego te suscipio nunc in celeste soliū gl̄iosissimū z felicissimū: sicut tu me pauisti: ita ego te pascam dulcedie diuinitatis z gl̄ie mee. Sicut tu me induisti carne humana z vestimento incōsutili: ita nunc ego te induā vestimento gl̄ie in anima z corpe gl̄ificato. Tu mihi in cruce pendenti cōpatiens z dolens a dextris astetisti: z nūc asta gaudēs a dextrz meis in throno gl̄ie quē tibi p̄parau vt fruaris

mecū omni bono felicitatis patrie celestis Et volo vt sicut me regē omniū adorat z laudat omis exercitus btōꝝ z electoꝝ: sic te reginā cunctorum laudet z veneret̄ omnis ecclesia sanctoꝝ Deniq; spūssanct⁹ eā bñdicēdo ait: Brā es virgo maria que dñm iesum portasti creatorē mūdi: genuisti qui te fecit z in eternū pmanes ꝑgo pur canit ecclesia in spūsancto. Bñdicta filia que a me in vtero materno extitisti sanctificata et in filiū dei conceptione obumbrata. Virtutibus z donis superplena vt de plenitudine tua reuiuiscat omnis creatura. Ecce ergo tibi donatum est: vt sicut in terris requieui in te omis gratie plenitudine. sic nunc in celis inhabitē te omni plenitudine glie. Tu itaq; mater gratie: tu mater misericordie: tu mat̄ venie. Te impleuit deus omnium bonorum plenitudine vt si quid spei: si quid gratie: si quid salutis mundo, puenerit: nouerit redundari ex te. vt etiā ait Bernard⁹ zc. Vere tota pulchra es amica dei z macula non est in te, Nunc igitur iocundare z deum vnū in sancta trinitate cōtemplare regnās cū dulci filio tuo sine fine. Tunc ait maria Magnificat ania mea dñm. et exultauit spūs meus in deo salutari meo: quia respexit humilitatē ancille sue zc. Lu. i. Et iterū Bñdicens dñm ait: Bñdicā dñm in oīni tpe semp laus eius i ore meo: sit nomē domini bñdictū ex hoc nūc z vsq; in seculū.

Et ad beatos ait: Magnificate domiñū mecū z exaltemus nomē ei⁹ in idipm. Cōgratulamī mihi oēs qui diligitis dominū qz cum essem paruula placui altissimo z de meis viscerib genui deū z hoiez vt canit ecclesia. Horaq; vt Apocal'. iiij in figura scribit omes sancti miserunt coronas suas añ thronū dei. i. corā brā virgine: in qua sicut in throno xps dei filius requieuit ipam venerādo. Et laudare cepe/runt ac bñdicere deū dicētes: Dignus es dñe deus accipe gliam z honorē z ꝑtutez scz ex ꝑgine mre. qm occisus es z redemisti nos deo nro in sanguine tuo: scz quē ex virgie assūpsisti. Et itez eiusdē. xix. Gaudeam⁹ z exultem⁹ z dem⁹ gliaz deo qz venerūt nuptie agni zc. i. gaudiū p glia xpi et mris ei⁹. Bñdictio igit̄ z claritas z grārum actio honor ꝑtus z fortitudo deo nro in secla seculoꝝ Amē. Ad ꝑginē q̄z: Felix nāq; es sacra ꝑgo maria z omni laude dignissima: qz ex te ort⁹ est sol iusticie xps de⁹ nr̄. Et illō Judith. xv. ca. Tu glia hie rusalē: tu honorificētia ppli nr̄i: tu letitia isrl' eo q castitatē amaueris. z iō eris bñdicta in eternū. Sicq; ꝑgo beata in celuz gaudiose introniſata laudat̄ ab oīb⁹ sctis et angelis z bñdicit̄ de⁹ in ipsa ac p ipam phenniter. Et nos q̄ charissimi vt gr̄az p eius merita ꝓmereamur ac gli'am ipsam laudemus et supplicem⁹ z ei⁹ patrocinia flagitem⁹ oratēs sicut z eccl'ia solet ipam inuocare. d. Salue regina mie vita dulcedo et spes nr̄a: salue ad te clamam⁹ exules filij eue: ad te suspi. ge. z flen. i hac la. valle eya q̄ aduocata nr̄a illos. t. mi. oc. ad nos ꝓuer. Et iesuz bñ. fru. vē. t. no. p⁹ hoc exiliū ostende o clemēs o pia o dulcis maria Amen. Et sic est finis huius libri.

Incipit liber vndecimus de maxima dignitate z priuilegijs Marie.

Liber vndecimus agit de misterio ꝓuilegioꝝ magnoꝝ et multipliciū ipi⁹ beate virginis atq; eius precellentissime dignitatis et habz duas ptes.

In prima pte agit̄ de q̄busdaz ei⁹ magnalijs z priuilegijs dignissimis. In secūda parte de alijs eius duodecim gratijs et excellencijs zc.

Pars prima de magnalijs et priuilegijs dignissimis que omi potēs de⁹ fecit btē marie virgini

Fecit mihi domi-

nus magna q̄ potens ē z sctū nomē ei⁹ Lu. i. c. Quibz i verbis ipa glriosa dī genitrix ꝑgo gliat̄ z grās deo agit de magnis ꝓuilegijs et sctissimis donis quibz eā sup oēm creaturā ꝓtulit p⁹ xpm. Unde ait: Fecit mihi

dñs magna qui potẽs est .q.d. p fuã inẽt potentiã infinitam fecit dom⁹ in me magnalia permaxima et inscrutabilia. Reuera vt ait Anselmus de conceptu virgina li.ca.xviij. Nil marie excellentius dari potuit: nil maius in mundo fieri valuit cẽs q ipa virgo manens deum de sua carne carnem factũ generaret. et Bernard⁹ in sermone de gaudijs marie. Multa ait Magna fecit deus in creaturis mũdi: nihil tamen tam excellens z tam magnum opus digitorum dei factum est sicut in virgine maria quã sol z luna z omis creatura mirantur q eum quẽ celi cape non poterant ipa in vtero capiat. Quãcẽs autẽ multa et ineffabilia sint magnalia q̃ de⁹ fecit virgini supdicte tamen iuxta figurã Apoc. xij. vbi scribit q ipa mlier amicta sole claritatis diuie habet coronã. xij. stellaz ī capite. possumus describere. xij. magnalia siue ꝓulegia dignissima q̃ fecit oipotẽs de⁹ in ipa ꝑgie maria tancẽs stellas. xij. relucẽtes ī ei⁹ gĩa: sub qbꝫ cõprehẽdũt z multa alia ꝑgis ꝓulegia Dicat g̃ digne z meriro gĩosissia hec ꝑgo: Fec mihi dñs mag̃.

Prio qdẽ in eternali ꝓelectiõe
Scdo in singulari sanctificatione
Tertio in naturali pfectione
Quarto in incõtaminabili purificatiõe
Quinto in virginali fecundatõe
Sexto in diuinali inhabitatione
Septimo in mẽtali illustratione
Octauo in maternali dignificatione
Nono in hui⁹ mũdi saluatione
Decimo in oĩs doni exuberatione
Undecimo in supemĩnẽti exaltatione.
Duodecimo in vniuersali veneratiõe

Juxta hec ígifi. xij. stellas describem⁹: q̃s in trib⁹ q̃ternarijs potes ordiare scõm seriem prescriptam: distinguendo per quaternariũ vel alr vt placuerit

La.I. de priuilegio eternalis preelectionis marie in qua fecit sibi deus maxima.

Prima stella dignitatis z magnificẽtie btẽ ꝑginis ór eternalis ꝓelectio Jpam eñ deus ab eterno ꝓelegit supra oẽm creaturã vt esset excellentior: gratia z gĩa arz mater dei dignissima sicut de ea canit ecclesia: Elegit inquit eam deus z preelegit eam: in tabernaculo suo habitare facit eã Propterea ī hui⁹ signũ in ꝓsona ei⁹ dicit ps̃. Jn capite libri scriptũ est de me vt faciã voluntatẽ tuã deus me⁹. Notandũ aũt q triplex liber distinguit z in quolibz eoz de ipa beatissima maria in capite. id est ꝓncipio scriptũ esse inuenit vt patz cõsiderãti. Prim⁹ dicit liber vite hic liber non est aliud q̃s mens diuina: in quo sunt scripta omia que sunt erũt z fuerunt. Jsta aũt scriptura est noticia dei que est omniũ rerum nõ solũ factarũ sed etiã fiendarum et eoz quz possibilia sunt fore et q̃ nunqs erunt vel impossibilia sunt. Jn hoc libro scripta sunt noia electoz. iuxta illõ ꝓbit. iij. Quoz noia scripta sunt in li. vite ꝓpt qõ saluator Lu.x. ait discipulis: Gaudete et exultate qz noia vra scripta sunt in cel. Un Gratian⁹ de pe.di.iij. dic q fm ꝑsciẽtiã diuinã scribi in li. vite ẽ aliquẽ ꝓordiari ad vitã scz gratie et glorie qõ ab eterno ordinatum est. De hoc vero libro deleti sunt et delenf noia reꝓbor. iuxta illõ ps̃ Deleanf de libro viuentiũ z cũ iustis non scribanf. Et Exo. xxxij. dixit Moyses ad dñm. Aut dimitte ꝓpio huic hãc noxã aut si non facis dele me de libro tuo quẽ scripsisti. q.d. Quia scio q me nõ delebis ideo pce ꝓpio huic. Cui rñdit dñs Qui peccauerit mihi delebo eum de libro meo. Jn hoc libro non est prioritas temporis vt scilicet mens diuina prius vnum cognoscat q̃s alterum. sed est prioritas dignitatis. vt dicatur prius scriptum quod nobilius et perfectius fiendum est dispositum. et hoc modo dicit beata virgo Maria. Jn capite libri scilicet vite scriptum est de me que pre ceteris est electa z preelecta tancẽs sanctior vniuersis etiam angelis. vt faceret voluntatem dei in cunctis vt esset gratia et gloria excellẽtior omni creatura. Secundus dicitur liber legis scripte siue darte qui continet libros moysi q̃nqs legales necnõ hystoriales: sapiales z ꝓphales alios quoqz ve. testamẽti. vt patet in biblia Licz autẽ totũ vetus testamentũ ꝑ oẽs libros tam legis q̃s ꝓphetaz arcs hystoriaz

plenū sit misteriis z pphetijs de beata maria: Tamē in capite hui⁹ libri quia in primo capitulo Geneſ plimas per figuras scribit de ipsa btā virgine. Proptrea btā virgo dicere potest capite libri scz ve.te. scriptū est de me Primo q̄dē in ipo initio libri cū dicit Jn pncipio deus creauit celū z terrā. in pncipio. i. in filio p quez fecit et secula teste ap'lo quē filiū de⁹ pr dedit ꝑgini bñdicte vt idē z vn⁹ esset dei ac virginis fili⁹. Creauit inq̄t de⁹ celū z terrā ſm Alb. magnū sup missus ē ca. clxvij. per hoc btā ꝑgo figurata extitit: q̄ celū et terra fuit. qz celeste sit z terrestrē vitā duxit hoc est angelicā et hūanā conuersationē habuit. Celū fuit btā ꝑgo altissima dignitate. Terra infima hūilitate. Celū fuit purissima ꝑginitate. Terra fecūda mīmitate. qz ꝑgo sit z mr fuit. Et sic i pncipio creatiōis rez pzio creata sūt celū z tra ita in pncipio ꝛcreatōis z redēptiōis creata ē ꝑgo btā Deniq⁹ de⁹ decreuerat p singla opa sex diez de q̄bz agit i pmo capitlo libri ve.te. honorare ipam virginē benedictā pfigurando in singulis vt ondit Alb. vbi s. Primiz ipsa die pria fecit de⁹ lucem de qua postea factus est sol ſm q̄sdaz vt dicit mgr in. ij. li. sniaz in quo pfigurat um est q sol iusticie xps deus noster nascitur⁹ est de lucidissima maris stella maria. Scda die fecit deus firmamentuz in medio aquarū. Hoc firmamentum q̄d habet fixas stellas in sui ornamentuz btā ꝑgo est que habet coronā. xij. stellaz. id est gliaz oim sctoz. Eſt ipa fuit i medio aq̄rū. Aque em multe ꝑplus mult⁹ Apoca. xvij. quia ipa est mediatrix. et fuit ipa media inter aquas que sub celos sunt. id est sanctos homines vie. Et inter aquas que super celos sunt. id est angelos z sctos patrie. quia erat ipa omniū sanctoz gloriaz habens et plenitudinem gratie supza cōmunē statū vie et infra statum patrie duz erat in vita hac: cōmunicans cum vtriscz cum inferioribus merendi conditionē: cū superioribus virtutum perfectionem. pinde Ecci. xliij. Species celi id est beate virginis gloria stellarum id est sctoz. Tertia die congregauit deus aquas que erāt sub firmamento in vnū locum: cōgregationemcz aquarum vocauit maria: in quo figurauit q congregatio omniū gratiarum in virgine benedicta nominanda esset hoc nōie maria Quarta die fecit de⁹ duo luminaria magna. s. solē z lunā. sol xp̄m. luna btāz virginē figurauit. Quita die fecit pisces z aues z eis benedixit q̄a p benedictionē marie virginis reuiuiscit omnis creatura. vt dicit Anshelmus in libro orationū. Sexto die format⁹ est homo et positus in padiso voluptatis. qz xps hō fact⁹ die sexto z in sexta etate mūdi posit⁹ a deo pre i virginei corpis padiso in quo fuerunt delitie diuine dulcedinis z amoris. Deniq⁹ die septimo. i. sabbato q̄euit de⁹ ab opib⁹ suis qz tūc xps q̄euit in sepulchro z tūc fides q̄euit in virgine bñdicta. Jdeo bñ dicit et sctificauit deus die septimā scz statuendo eā in veneratiōe haberi a fidelib⁹ i honorē virgis: nō quidē abstinēdo ab opibus manualib⁹ ne videamur iudaissare de ꝓse. di. ij. peruenit sed ieiunādo: orando frequenti⁹ z elemosinas dando cē. Ecce claret quia in capite libri: scz ve.te. scriptū est de virgine Terti⁹ dicit liber gratie qui cōtinet omnes libros no. testamenti: incipiens ab euangelio Matthei. Jn pncipio ergo libri gratie scriptum est de virgine. quia in pncipio libri mathei scz Liber generatiōis ieſu xp̄i filij dauid cē. Et in fine hui⁹ euāgelij: eodem pmo ca. scribit. Jacob autē genuit ioseph virum marie de qua natus est ieſus q̄ vocatur christ⁹. Jbi ḡ scilicet in capite libri gratie scriptum est de maria vt faceret voluntatem domini in sumendo sponsuz: in consentiendo ad concipiendū christū z fidem dando angelo. Eſt claret ex p̄missis maxia ꝑginis excellētia z dignitas. quia ab eterno de⁹ eam p̄elegit et p totum vetus testamentuz per ora omnium ꝑpetarum et sanctorum cōmendauit arcz in nouo testamento in ipsa omia deus magnalia que decreuerat ab eterno adimplenit et toti mundo salutem ex ipa puenisse per euangelistas et alios sanctos noui testamenti scribi voluit. Unde venerabilis Beda super illud. Luce. xi. Beati q̄ audiunt ꝑbū dei dicit: Beate virgis excellētia cōmendat cū scz ōz: Btūs vēter q̄ re xp̄m

portauit z vbera ꝛ fluxisti. Et merito qz in speculatiõis custodia dño ipa famulabat a deo q ipas būilitati z scitati null⁹ sanctoꝝ cõparatur. Sed z tota sanctoꝝ beatitudo ex gl'iose virginis vtero processit O venerãda dña electa z p̃electa que mr̃ est et ꝟgo esse nõ desinit. O admirãda puella que saluo ꝟginitatis pudore suũ genuit genitorẽ. O felix ancilla q̃ creatorem et gubernatorem genuit vniuersiꝝ z virgo pmansit in eternũ O benedicta mater q̃ inferni vastatorẽ: celi repatorem: nr̃m saluatorem: mundi redemptorem: deũ omi̇potentem: dominũ celi z terre z omia continentem suo prulit ex vtero: angelorꝝ leticiam: hominũ vitã: celorꝝ gloriam Hec ille. Jtaq; sũma magnalia z priuilegia p̃maxima deus fecit in maria pro ista stella videlicz in electiõe eterna. Primo quia eam elegit singulariter super omẽs nõ tãtum humanas sed z angelicas creaturas

Secundo quia ipam elegit ad talem et tantã gr̃am z gl'iam qualẽ z quantã nulla creatura deo non vnita capere potuit: nisi ipa virgo mater dei. Tertio quia ipsam elegit ad tantaz gr̃am z gl'iam q̃ omnes gũales ac speciales gr̃as omniũ creaturaruz ac glorie plenitudines in summo habuit. Et insup ipam gr̃am z gl'iam in creatã totam in se ꝓtinuit Quarto quia deus ipam elegit z preordinauit ad tam magnas excellentias q̃ eam maiorem facere nõ potuit potẽtia ordinata Et patuit li. v. p. iij. ar. i. Unde ꝓpter p̃missa merito beata virgo p archã testamẽti est p̃figurata. Jn qua inclusa erãt legis mãdata qz in ea due tabule in q̃bus decẽ p̃cepta scripta erant digito dei ꝓtinebant. Sic in maria p̃ceptoꝝ obseruãtia erat quam dextre dei digitus. i. spũsctus omni gr̃a decoraverat. archa etiam libr̃ũ legis cõtinebat z maria conseruabat in scrinio pectoris sui oia verba scri euãgelij ꝓferens cũ omnib⁹ scriptis legis diuine z ꝓphetaꝝ que omia sciebat. Jn archa erat virga Aaron q̃ floruit z vrna aurea cum mãna celi. Et maria floruit virginitate z fructum benedictum prulit id est christũ que celi mãnam verũ in vtero mũdissimo portauit. Archa erat de ligno serbym imputribili facta et maria in putredinẽ nõ est redacta. Archa duos vectes q̃bus portabat z. iij. circlos aureos in lateribꝫ habebat. Sic in maria duplex charitas z. iij. virtutes cardinales erãt. Archa taz intrinsecus q̃z foris deaurata erat maria intus id est in anima z foris id est in corpore gratia resplendebat. Fecit ergo dominus ei magna ꝛc̃.

Capitulum .II. q̃ deus fecit magna in marie singulari sanctificatione.

Ecũda stella dicit

ſ singlar̃ sctificatio q̃ fuit magnũ p̃ulegiũ. Nimirũ ꝑm doc. theolo. Jpa virgo q̃tuoꝝ vicibꝫ sanctificata fuisse edocet a deo. Prio q̃dẽ in mr̃no vtero.

Scõo de⁹ eã sctificauit qñ spũsctus eã obũbrauit z filiũ ei ꝓcepit Tertio qñ eã de⁹ inhabitauit mensi bꝰ nouẽ christũ portando in vtero. Quarto quãdo eam de⁹ in celum assumpsit. Unde p̃s. Sanctificauit dominus tabernaculum suũ. Jn singulis aũt z omnibus his sanctificationibus deus fecit ei magna z p̃maxima p̃ulegia ꝑm q̃ tenẽt doctores sup. iij. sñiaꝝ di. iij. Primũ fuit priuilegium maximũ q̃ in prima sanctificatione per gratiã specialissimam fuit preseruata a peccato originali vt tenent nostri doctores. Licet alij dicant ipam a peccato originali fuisse purgatã in prima sanctificatione. tamen ecclesia istud pie credit cũ nostris doctoribus videlicet q̃ preseruata est ab originali culpa vt merito de ipsa dici possit illõ Cant. coꝝ. iij. Tota pulchra es amica mea et macula non est in te. z de hoc latissime patuit li. iij. per totum. Jtem in ista p̃ma sanctificatione datũ est virgini scõm maximũ priuilegium quia infusa est sibi gratia preseruatiua de inceps ab omni peccato actuali non solum mortali: sed etiã veniali. Alijs eñ sanctificatis in vtero ꝓfertur gratia per quaz preseruarentur a mortali licet non a veniali. sed ipsi virgini benedicte collatuz est q̃ nec venialiter vnq̃ peccaret. Unde Bernard⁹ ad canonicos Lugduneñ. ait: Puto q̃ copiosior gratia sanctificationis in ipsam descendit q̃ non

solum ipius ortū sanctificauit: sed etiam eā ab omni pcō deinceps imunē custodiuit Hec ille. Hā ista gra ptunc in virgine aut subtraxit oīno aut restrinxit fomitē q nō posset in aliqō pctm ducere aut a bono retrahere vt tenēt doctores sup. iij. di. q. s

Tertiū priuilegiū in ista prima sctificatiōe maximū fuit. qz vicz btā ygo ipleta ē dono spūali z pfecta nō soluz respectu sui sz etiā rispectu alioz. qō sic ptz. Hā p⁹ ei⁹ sāctificationē in vtero sue mris in ipa bñdicta virgine fomes fm nīos doctores tenētes mariā fore ꝛceptā sine macula originalis peccati: nō remānsit formaliter sed tantū causaliter vt patuit li. viij. p. iij. ar. i. cap. i. circa medium. Scōm autem alios qui sz tenent eam a peccato mundatā licet remanserit fm suā essentiā et nō fuerit subtractus: tamē remansit impeditus et ligatus per gratiam sanctificantem quātum ad duo. Primo ne fomes inclinaret ad quodcunqz pctm aut retraheret a bono ergo zc. Item qō amplius est qz gratia sanctificationis non tātū illicitos motus repressit in se sed etiam in alijs efficaciam habuit vt nunqz ab aliquo concupiscī posset. vnde put seraphicus Bonauen. sup. iij. di. iij. ait etiā infideles z iudei asserunt hoc mirū fuisse in virgine maria q cū esset pulcherrima corpe a nullo vnqz viro potuit cōcupiscī. Vnde has spēales ꝓgatiuas habuit sāctificatio btē virginis pre omnib sanctificatis in vtero vt in baptismo. Tū quia eoz sanctificatio non cōprimebat in eis omēs motus illicitos. Tum quia eoz sanctitas nō extinguebat omnē motū corpalem vel concupiscentiā in alijs aspicientibus eos. imo plime sancte ygines vt katherina margaretha zc. concupite sunt et quia nō ꝓsensērūt martyrizate sunt. Sed ī beata virgine gratia sanctificationis etiam in alijs omnib cōcupiscentie motum extinguebat put latius de hoc supra patuit li. v. p. ij. arti. ij. ca. iij. vbi z rationes notank. Deniqz in secunda sanctificatione quādo scz christum concepit beata virgo habuit sup premissa quartū maximū ꝓuilegiū scz q fuit cōfirmata in bono supernaturali z certificata de beatitudine per benni qō nemī viatori est datum. Adeo em̄ spūssanct⁹ in eam sit peruenit q fomitē in ea oīno extinxit z inclinationē eius abstulit atqz omnē potentiam peccādi remouit: et libez arbitrium ei⁹ ꝓfirmauit in bono vt in ꝓtaruū scilicz mortale vel veniale pctm deceterο flecti esset impossibile: cuius ipa beata virgo remaneret in statu vie. Vñ ait angel⁹ eidez di. Lu. i. Spūssanct⁹ supueniet in te. i. superabūdabit z ꝑtus altī. zc. Tertiz in tertia sctificatiōne scz in filij dei inhabitatione sup ꝓdicta. vt dicit pe. au. in suo cōpendio habuit hoc Quintū priuilegiū maximū q tota fuit dedicata ad diuīa: tota diuino lumine plena: adeo q non soluz mens sed etiā corpus ei⁹ diuītatis luce resplenduit. qz illū portauit in vtero qui est splendor paterne glorie. Vñ Ezech. xliij. Ecce glia dei israel ingrediet ꝑ portā orientalē. i. p btām ygīnē: et terra. i. caro btē ygīnis splendebat a maiestate eius scilicet xpi. Preterea in quarta sanctificatione vicz in assumptiōe Sextū priuilegiū maximū habuit q ab omni miseria mentis z corpis est exempta z ī ois boni fruitione in gloria cōsūmata vltimo fini. i. deo ꝓiūcta Hec oīa doctores cōmunit dicunt sup sniaz li. quo s. Hoc tamē hic z in silibus obserua q vicz nri doctores q tenent mariā fuisse ꝛceptā sine peccato originali alr sentiunt de fomite q sz in maria non fuerit nisi causalit fm legē ꝓpagatiū zc. Ecce qz deus fecit marie mag.

Capitulum tertiū de priuilegio naturalis perfectionis ī qua deus fecit magna marie.

Tertia stella dicit naturalis perfectio: ī qua fecit deus marie maxima ꝓuilegia et plura. Primo quia eaz fecit taz in anima q in corpore dignissimaz vt scilicet foret aptissimū habitaculū tanti regis altissimi Vñ canit ecclesia: Omi potens. s. deus qui gloriose virginis mris marie corpus z animā vt dignum filij tui habitaculum efficeretur cooperante spūsancto preparasti zc. Dico ergo modo eam spūssanctus dotauerat in naturali p/

fectione tam quo ad aiam ꝙ quo ad cor/
pus vt esset ꝑ omnib⁹ etiã angelicis crea/
turis dignissima ad hospitãdũ in se sũmũ
regẽ glie: tanꝙ vera mr eũ cõcipiẽdo ⁊ pa
riẽdo Sed hic q̃stio mouet. quoto anno
etatis sue beata virgo christũ apta fuit su
scipere in vterũ vt eum conceperit. Ad
hoc aliqui dicũt ꝙ post. xvij ãnos. qz tũc
mulieres vel puelle sunt perfectioris eta/
tis ad perfectiorẽ ꝓlem gignendã quã
fuit christus. Sed istud in ea nõ habet
locũ nec impediuit conceptionis pfectio/
nem: quia spũssanctus ei tribuit perfectis/
simum adiutorium ⁊ plenã perfectionez
natute ad concipiendum christũ virtute
spũssancti Rñdet ergo sicut pie creditur
ꝙ beata virgo habuit duodecim ãnos vel
modico plus quãdo christũ concepit. Et
hoc sic ꝓbat. quia xps ex sũme charitatis
fonte festinauit tã cito ꝑ nre salutis opari
one sicut potuit ad virginis optatum ba/
biraculũ iuxta illud ps. Exultauit vt gi/
gas ad currendã viã: a sũmo celo egres. ⁊c
Sed etas in qua mulieres possunt vel so
lent generare ẽ cõmuniter a duodecim an
nis completis vsq; ad. xlviij. annũ. q̃ duo/
decimo ãno xp̃m ꝓcepit. Confirmat qz
christus post suum ortũ ad mortem festi/
nabat quantũ poterat iuxta illud Lu. xij.
Baptismo habeo baptizari id est sanguis
effusione ⁊ coartor donec ꝑficiã. ergo nec
minus festinauit ad incarnationem que
non minus sacramentum erat dignũ. Itẽ
quia virgines que in templo erãt mox vt
ad annos nubiles perueniebant dabãtur
ad desponsationem. sed annus nubilis de
spõsationisq; est annus duodecim⁹ in quo
põt puella ꝓcipe. vt patet extra ꝺ despõsa/
tione impubeꝝ ca. Puberes. ⁊ ca. Conti/
nebatur. Pie ergo creditꝙ duodecio an/
no completo sit desponsata ⁊ christũ tunc
concepit Hoc supposito sequunt alique
conclusiones. Prima ꝙ mater dei habu/
it. xxv. annos quãdo christum amisit ⁊ in
templo reperit. quia tunc christus habuit
duodecim annos. Secũda ꝙ. xlij. annos
habuit quando christus denuo predicare
cepit post suum baptismum ⁊ primũ mi/
raculuz aquã in vinum ꝙuertẽdo fecit. qz
tunc christus habuit. xxx. annos Luce. iij.

Tertia ꝙ ipsa habuit. xlvi. annos quã/
do christus mortuus est. quia christ⁹ oñs
triẽnio docuit. Quarta ꝙ ipsa. lviij. cõ/
pletos annos habuit quãdo assumpta fu
it. Nam duodecim annis credit cõmun⁹
supervixisse post passionem. Scõo de/
us fecit magna marie in naturali pfectio
ne. quia eam fecit in complexione natu/
rali sanctissimã ⁊ purissimam. Fuit em̃ pre
alijs optime sanguinee complexionis vt
creditur nec mirum. quia de eius puriss/
mo sanguine. debebat formari caro christi
sanctissima. et fuit purissime nature ⁊ tem
peratissime vite vt nunꝙ aliquã egritudi
nem passa sit. Sicut em̃ notant doctores
sup. iij. di. iij. Ipa ab initio ꝓceptiõis vsq;
quo vixit semp in puritate nature pstitit
donec naturali morte videlicz dulcissima
extincta fuit sine dolore ⁊ sine omi infirmi
tate: ⁊ sine omni macula in oim virtutum
plẽitudie vixit vt videret ꝙppinquasse sũ/
me ad statũ innocẽtie ipius ade. Ter/
tio deus fecit magna marie in naturali p
fectione quia eaz super omnia individua
humani generis fecit nobilissimã ⁊ pulch
errimã. Hã vt ait phs. ij. phicoꝝ. Natura
est vis insita rebus similia ex similib⁹ pcreãs
Nisi q̃ natura erret vel impediat fili⁹ erit
silis pri vel mri Sed filius beate ỽginis
fuit nobilissim⁹ ⁊ speciosissim⁹ ꝑ filijs ho
minũ dicẽte ps. q̃ et mater ei⁹ de hoc lati/
us li. i. p. ij. Quarto fecit deus magna in
gre pfectõe marie. quia oĩb⁹ gratijs nõ so
lũ gratuitis sed etiã gratis datis ĩ oĩbus
anie sue potentijs ipam impleuit: vt esset
per omia gratia plena Animꝝ eius inge
niũ: memoria intellect⁹ ⁊ omẽs aĩ vires
super omnes alios homies viguerunt om
ni dono gratie plene et ad virtutum exer
citia videlicet humilitatẽ: castitatem: pa/
tientiam: mititatẽ. aliasq; omnes virtu/
tes naturaliter ⁊ singillatim inclinate. Il/
lud ergo apli. i. Coꝝ. xij. de gratijs gratis
datis scriptuz quod alijs sanctis diuisim
esse donatũ edocet videlicet. Alij inquit p
spiritũ datur sermo sapientie. glo. in con/
templatione eternoꝝ. Alij sermo sciẽtie. s.
humane sicut sunt artes liberales. alij fi/
des in eodem spiritu. alij gratia sanitatũ
glo. curandi infirmos. alij operatio virtu

tum glo. operatio miraculoꝝ. alij ꝓphetia glo. ꝑdicere futura. alij discretio spirituuꝫ glo. vt discernāt q̄ spū fiant opera. alij genera linguaꝝ. alij interpretatio sermonuꝫ glo. Expositio scripturaꝝ. Et ꝓterea illō Eph. iiij. Alios quidez dedit apl̄os alios euangelistas alios pastores. et quicq̄d est aliud gratie z donoꝝ: omnia in btā ꝟgie cōpletissime sunt ꝓfecta dicēte angelo aue gratia plena zc. Adeo q̄ nulla ei defuerit gratia. quia vt dicit Dam. Ipa a nullo illustriū vincit. Vincere aūt si in aliq̄ dono esset diminuta eius dignitas excellentissima. Ecce quia fecit dominus magna marie in naturali perfectione.

De priuilegio incōtaminabilis puritatis in qua fecit deus magna Marie. Capitulū. IIII

Carta stella dicit q incōtaiabil̄ purificatōis i qua de⁹ fecit maxia marie. Ꝓzio ꝙdem qz ipam sanctificauit z purificauit ītm vt nullā maculā siue originalis siue venialis siue mortalis culpe hāret. Nam ipa ꝟgo fuit ab omī culpa imunis. vt testatur Aug⁹ li. de natura z gra di. Si inq̄t oēs sancti interrogarent vtꝝ peccauerit. rnde rēt: si dixerim⁹ qz pctm̄ nō hēm⁹ nosmetipos seducim⁹ z veritas in nobis nō est. Excepta inquit hac sctā ꝟgie scz maria ꝺ qua nullā ꝓsus cū de pctis agit hāre volo ꝓpter honorē dn̄i questionez. Inde em̄ scimus q ei plus gratie sit collatū ad vincēdū ex oī pte peccatū. qm̄ ꝓcipere z parere meruit illū quē nullū cōstat habuisse peccatum Hec Aug⁹. Un̄ Bonauē. sup iij. dt. iij. dicit se audiuisse narrari q ipsa cuidā persone reuelauit q̄ nunq̄ repbēdebat eā cor suū i oīvita sua zc. Scdo maximū fecit de⁹ ꝟginē bn̄dictā purificādo. qz eā fecit tā sctāmz in puritate sanctitatis cōfirmauit adeo q nunq̄ peccare posset etiam in mimo licet viatrix esset. Nimiruz hoc priuilegium scz impossibilitas peccādi spectat ad statum comprhensoruz siue patrie. quia ergo beata virgo ex hoc q filiuz dei concepit non est posita extra statū viatoris: imo ipa mori potuit z de facto mortua est Et quoniā vt dicit Aug⁹. potentia moriendi consequitur potentiam peccandi que eodem passu currunt vt nō prius tollatur potentia peccandi q̄ potentia moriendi. Dirum ergo videtur quomodo beata virgo non potuit peccare z tamē potuit mori Sz has difficultates soluit Bonauentura sup tertio di. iij. q videlicz quantum est de lege cōmuni. impossibilitas peccandi spectat ad statū patrie Sed nihil impedit q̄n de gratia speciali, id qō alijs cōmuniter datur in patria concedat in via illi persone precipue que ī terris degens regina erat eoꝝ qui exultant in celis

Deniq̄ de potētia moriendi z potētia peccandi non est simile in beata virgine ꝓ eo q non fuit decens filium dei habere matrē imortalē cum ipse factus est mortalis. sed valde indecens esset si haberet matrem peccatricem. Debuit ergo mater dei omnino imunis esse a peccato et a potentia peccandi debuit esse aliena post filij cōceptionē vt sicut impossibile erat matrē dei damnari. ita z impossibile foret labi. Et ratio quia dignioz fuit mater xp̄i effecta q̄ sit aliquis angelus in celo. Si ergo angeli in celo sunt ꝓfirmati in gratia multomagis mater dei zc. Sed di. vñ hoc q beata virgo nunq̄ peccare potuit cū in hac vita tempestuosa fuerit. vbi tota homis vita tēptatio est. Job. vij. Militia est vita hominis super terram. potuit ergo z virgo beata tēptari saltē ab extrinseco occasione accepta per q̄nq̄ sensus vel a diabolo q̄ est mille artifex in temptando. qui etiam ipsum christum non fuit reueritus temptare. Respondet ꝙm doctores cōiter q beata virgo potuit quidem ab hoste vel ab extrinseca occasione temptari foris. sed nunq̄ ab intra temptationis alicuius motus effectum vel incitamentum ipsa habuit. Et hoc erat ex tribus causis.

Primo ex fomitis ligatiōe et extinctione cōcupiscētie que ad malū nō incitabat nec a bono ītrahebat. vt patuit supra. Nā contingit aliqñ habitum ligari ne in actū exeat per vitiū. sicut scia ꝑ ebrietatē ligat vt dicit phs. vij. Ethicoꝝ. Aliquando per defectū naturalē vt in pueris ꝓcupia ligata cernit. Dulcoforti⁹ ꝑ dei donū ligantur

fomes. sicut in btā ẏgie fuit ligat⁹ ꝑ diui/
nā grām ei⁹ sensualitatē ab oi motu inor
dinato phibentē. vt dicit Tho. iij. scripto
sniaz di. iij. Scdo igit hoc fuit ex opatio
ne gre q̄ in bonū eā ordinabat inflectibili
ter et in deo iugiter ꝓtemplando ꝺetabat
mentē ei⁹ et trāquilla deuotione etiā i ex/
terioꝛib actionib intipo. l. deo suspēsā ma
nere faciebat vt tota in deo viueret z tota
deo plena nō nisi deū in sensib z actibus
oīa in ipm debite ordinādo sētiret Ter/
tio ex ꝓseruatiōe oiuie, puidētie qua ange
los custodes sibi talr dispoſuerat vt eā cu
stodirēt ab oi nociua materia tēptatiōis
quaten⁹ diuia puidētia intacta z inacta/
ta custodiret ab oi offensa etiā cogitatio/
nū; si em in ꝓmo statu hoiem de⁹ custodi
uit ab oi nociuo. multoforti⁹ mrez suam.
magꝭ ḡ fec̄ de⁹ i marta ipaz purificādo ꝑ/
missis modis. Tertio tamē sup hec ma
rimū fecit de⁹ marie in ei⁹ puritate qz ip/
sam in tñ purā fecit vt maioꝛ sub deo pu/
ritas intelligi non possit teste Anselmo
de cōceptu ẏginali. vñ ipaz purā fecit de⁹
super omnes non solum homines vel ter/
restres creaturas sz etiā āgl̄os celestes z̄c

De priuilegio virgīalis fecūdationis in qua fecit deus maxīa ipi btē marie. Ca. V

Quinta stella dicit q virginalis fecūdatio: in qua de
us fecit marie magna priuile/
gia. Primū qz est de spūsctō
fecūdata. Scōm qz sine ḡuamie ḡuida.
ḡuis em mres cetere in portādo plē i vte
ro iā post petīn bēant grauamē z ſlaborem
vt ꝺr Thob. iij. Btā tñ virgo nullā gra/
uedinē sensit ẏm Alb. sup missus. huiꝰ rō
ma qz ꝓcepit ẏm statū inocētie. i. sine cor
ruptiōe z sine pctō mirsculose. Vñ sicut i
llo statu innocētie nō fuisset grauamē in
matre portāte ferū; ita nec in btā ẏgie ma
ria qz corꝓ xpi tū nō ḡuat bñtem sicut nec
fructus vnitus arbori em; sic naturalr cor/
pus xpi z matris ei⁹ virginis quasi vnū
naturaliter nō ḡuabat Tertiū priuile/
gium quia exiuit sine dolore puerpera do
lor em ꝓtus dat⁹ ē mrib in penā post pec
catū: ꝓcipientib cū libidine. qđ nō fuit in
ẏgine qz ꝓtus ẏgis fuit miraculosus sicut
et ꝓceptus. Vñ xpus sine omni lesiōe exi
uit de vtero ẏginis saluo signaculo virgi
nali qđ ꝓphetauerat Ezech. de clausa por
ta Et Isa. vij. Ecce virgo concipiet z pa
riet filiū z̄c Quartū qz ipa virgo mater
lactauit filiū vbere de celo pleno. sicut ca/
nit eccl̄ia. Nesciens inquit mr̄ virgo viz
pepit sine dolore saluatorē seculoꝝ. Jpm
regē angeloꝝ sola ẏgo lactabat vbere de
celo pleno. Quintū priuilegiū qz ipa est
ẏgo ẏginū. qz nec ꝓmā simile visa est nec
hre sequētē. Sextū qz ipa ē ẏgo mr̄ sil z
vtꝝ fuit sūme meritoriū e⁹ em ꝓfectissima
ẏginitas fuit ꝓfectissima integritas cor/
dis et corꝓris ex radice sūme charitatis
voto firmata. Vñ dixit angelo: Quō fiet
istud qm̄ viz nō cognosco Lu. i. ex q̄ acci/
pit ẏm Augusti. qꝺ vouerat viz se nō cog/
noscitarā Ei⁹ q̄z mr̄nitas fuit sibi sūme
meritoria qz de congruo merit merito fi
dei spei z charitatis atꝙ ꝓfundissime bu
militatis fieri mr̄ deitideo Lu. ij. ait: Re/
spexit humilitatē ancille sue Ecce q̄ mag
na fecit dominus marie.

De priuilegio diuinalis inhabitationis in qua fecit deus magna marie Ca. VI

Sexta stella priui/
legioꝝ ꝺr diuinal' inhitatō qz de⁹
ipe tota plenitudine habitauit
in virgine nō vno die sz noue mēsib. Pro
pter qđ ipa btā ẏgo ꝓma noia dignitatꝭ
obtinuit qz aliqñ i scptura ipa denoiar ce/
lū iuxta illđ ps. Dns i celo parit sedē suā
et regnuz ipius oibus dnabit Celū em ꝺr
a celādo qz ibi celat gl̄ia dei z sctoꝝ ita in
btā ẏgine dei maiestas celata fuit nouem
mensib. vbi parauit dns sedē. i. hūanitatē
xpi in qua requieuit z reꝺescit in eternum
deus hō factus. Aliqñ denoiar ciuitas
dei iuxta illđ ps. Gloriosa dicta sunt de te
ciuitas ꝺi z Eccl̄i. xxiiij. ait diuia sapia In
ciuitate sanctificata similit requieui. id ē
in btā ẏgie. Hā sic ciuitas ꝺr a ciuiū vni/
tate. ita i btā ẏgie fuit plēissima vnio oim
potētiaꝝ aie in deū nec caro cōcupiscebat

aduersus carnē. vñ Odilo in ser. Procer
to scim⁹ ait: qz ois actio marie intenta sp
fuit in dño. Hec em ē ciuitas in q̄ teste ps
Magnus dñs z laudabilis nimis. Deni
q̄ aliq̄n ipa appellat domus: tēplū: z tha/
lamus dei. Sicut z canit ecclia. Domus
pudici pectoris tēplū repente fit dei inta/
cta nesciens virū ỹ. ꝯce. fi. Et ps. Tanq̄
sponsus. s. xp̄s, pcedēs de thalamo. i. ỹgie
Aliq̄n etiā denotat archa dei: throni et
sedes dei. Sed his z alijs dignitatz eius
noibz: qz multe sunt ob breuitatē ptermis/
sis ad aliq̄s q̄stiones vtiles ꝙuertamur.

Prima q̄stio vtrū tanta z tali nobilita
te maiestate z pfectione ac dignitate fue/
rit de⁹ in b. ỹginis vtero sicut fuit ab eter
no z est in celo. Ad qđ rñdet breuiter per
ꝙclionē istā q̄ dīna nobilitas in nullo di/
minuta est: ex eo q̄ hūanā naturā assūpsit
in ỹginis vtero. Vñ leo papa in sm̄one de
circūcisione ait: In vtraq̄ natura idē ē dī
filius nr̄a suscipiens z ppria nō amittens
Deitas etiā q̄ illi cū patre cōis est nullu
detrimentū oipotentie subijt: nec dei for/
mā forma sui violauit: qz sūma z sempit/
na deitas nr̄az q̄dē naturā assumēdo nos
in suā gl'iam transtulit: sed qđ erat esse nō
desijt. Hec ille. vñ tota trinitas ita pfecte
in beata virgine sicut in celo hitauit. Naz
xp̄s dei filius, ptūc cū erat in vtero virgis
ita pfecte gñabat a deo pr̄e sicut ab eterno
erat genitus tāq̄ lumē de lūine: de⁹ verus
de deo vero. Itē ita pfecte, producebat tūc
in vtero ỹginis spūsctū: z gl'ificabat oēs
angelos ipsius dinitatē intuendo. z ꝙser/
uabat totū mūdū ac disponebat oīa q̄ vo/
lebat in mūdo. Et sciebat oīa q̄ sunt fuerūt
z erūt: sicut in celo. z sic de alijs. Scōa q̄
stio vtr̄ eque pfecto mō sit xp̄s in eucha
ristie sacrō: sicut fuit in ỹginis vtero. Pro
q̄ q̄stione nota q̄ cp̄uis idez corpus xp̄i sit
in sacrō qđ fuit in ỹginis vtero: tñ differē
ter: qz in sacrō ē corpus gl'ificatū sub alijs
spēb velatū. In ỹgie aūt fuit corpus mor
tale passibile z cū ppr̄ijs q̄litatib sociatuz
Itē xp̄s in instanti ꝯceptiōis fuit pfect⁹
hō cū oib ꝙditiōib hūanis: Sz in eucha
ristia nō est cū ꝙditiōib hūanis. Rñdet
g̃ q̄ xp̄us fuit in vtero ỹginis mō mirabi/
liori hūiliationis cp̄ in sacrō. Sz in sacro
est mō pfectiori dignitatis. Naz in sacrō ē
impassibilis z immortalis. Sed valde fuit
mirū q̄ deus in vtero ỹginis ad tantū se
hūiliaret: vt tā vilis tā puus z tā paup ap
pareret. Proinde hiere. xxxi. Nouū faciet
dñs: femina circūdabit virū. Nouū. i. ad/
miratione dignū. Itē deus in hostia cuz
sit in plūb locis sit: magis appropinquat p
pfectati dīni esse: qz ppriū dei est esse sit in
plūb locis z vbicq̄. Sed in vtero ỹginis
rōnē essendi vbicq̄ nō obtinuit xp̄s. qz erat
sic clausus q̄ nō poterat esse eodem mō in
alio vtero vel alibi. g̃ mirabiliori mō hūili
tatz fuit in vtero cp̄ in sacrō ꝛc. Tercia
q̄stio vtr̄ b. ỹgo pfectiori mō z digniori su
scepit xp̄m in vtero cp̄ suscipiāt fideles cōi
cando i sacrō. Rñdet q̄ sic: z declarat rō
nib. Primo qz cp̄to ds est magis dispos
tus p gr̄am ad xp̄m suscipiendū tanto di/
gnius illū suscipit. Sed virgo b. fuit pdi/
sposita p gr̄am sup omēs g̃ ꝛc. Scōo qz
q̄ntūcūq̄ ds digne cōicet non pōt euitare
veniale pctm̄. Sed. b. ỹgo nūq̄ etiā veni/
aliter peccauit igitur ꝛc. Tertio qz alijs
xp̄m in cōione suscipiētib vnit xp̄s p gra
tiā tm̄. Sz b. ỹgini vnitus erat xp̄s nō so/
lū p gr̄am: sed etiā p carnis assumpte na/
turā. Vere g̃ gl'iosissima est maria virgo
cui de⁹ inhitando fecit magna ꝛc.

Capm. vij. de priuilegio mentalis illustratiōis in qua fecit deus magna marie.

Septima stella dicit
Mentalis illustratio: In qua de⁹
fecit marie maxīa: qz ei⁹ aie potē
tias miro lūine dīne sapie p oīa illustra
uit ex vbo dīno icarnato in eius vtero ma
nente. Vbi nota pl'es varietates fm̄ do/
ctores: pcipue mg'r̄m ambrosiū taruisinū
ordinis fratz carmelitaz in suis sm̄onib
positas. Prima veritas q̄ eternū verbū
qđ est sūma sapia pr̄is adeo aīam ỹginis
irradiauit: vt naturā oēm z spēm ac ppri
tates z virtutes cūctoz elemētoz z in eis
existentiū pfectissime cognosceret. Vnde
oēm naturā terre cognouit quō scz fuerit
producta z quō diuersarū spēz entia sunt et
producūtur in ea. Et q̄lis sit eoz natura: vt

oīm herbaꝝ plantaꝝ:radicū:fructuū:floꝝ
z oīm lapidū: gēmaꝝ z cūctoꝝ metallorū
auri argenti eris plumbi. Et breuiter oīm
terrenaſcentiū. Itē coḡuit pfectiſſime na
turā oēm aq̄ maris fluminū:fontiū: toꝛ/
rentiū.z oīm ī eis piſciū z ſpēs eoꝝ z oīm
in aqua naſcentiū z de ea viuentiū. Itē
oēm aeris naturā z in eo exñtium:auium
z ſiłinm ſpēꝝ z volatiłiū cūctoꝝ atq̄ oīm
ventoꝝ z flatuū z quā virtutem hñt z eoꝝ
gñationē pfectiſſime cognouit. Item na
turā ignis z eius ſpere z eius ambitū z ꝑ
tutē eius z ſubtilitatem. Et quicq̄d eſt in
elementis pleniſſime cognouit. Secūda
veritas idem verbū eternum adeo intelle
ctū virginis illūinauit vt naturā cōditio/
nē z nūeꝝ oīm aiaꝝ z oīm idiuiduoꝝ aīa
toꝝ:z quot de hominibus viui erant z quot
mortui:quot ſaluati:quot dānati pfectiſſi
me cognoſceret. Tertia veritas idem
verbū ſic aīam virginis illuſtrauit: vt oēs
artes z ſcias liberales z mechanicas ple/
niſſime ſciret: vt patuit etiā libro. vij. de ℌ
latiſſime. Quarta veritas idem verbū
ſic virginē illūinauit: vt naturā oīm cele/
ſtium ſperaꝝ z diſtantiā orbium lune:mer
curij:veneriſ:ſolis:martis:iouis:ſaturni:z
ſpiſſitudinē eaꝝ z influentiā ac ꝑtutē oīm
ſtellaꝝ firmamēti: z celi criſtallini z empi
rei ꝓprietates pfectiſſime coḡſceret Qui
ta veritas idem verbū ſic ꝑginem illūina
uit vt naturā:virtutē:nūeꝝ:z diſtinctionē
officiaq̄ oīm angeloꝝ z beatoꝝ ſpūum or
dinū:ſeraphin:cherubin ꝛc.pfecte cogno/
uerit. Sexta idē verbū ſic virginē illūi
nauit vt pfectiſſime cognoſceret ſanctam
trinitatē ſcz quō pater a ſe eſt:filius quō a
patre generat:z ſpūſanct⁹ ab vtroq̄ quō
ꝓcedit ꝛc. Septima idem verbū ſic vir
ginē illūinauit vt naturā:numerū:officia:
penaſq̄ oīm demonū.et quot anīe ſunt in
inferno vel purgatorio vel alibi z quales
penas patiantur: z omniū vitioꝝ grauita
tem z debitam penam pfecte cognoſceret
Et vt breuiter ſingula cōprehendā: Oīm
rerū tā ſupnoꝝ q̄ infernoꝝ tā exterioꝝ q̄
interioꝝ pfectam cognitionē hūane natu
re poſſibilē hec virgo a ſuo dilecto filio ple
niſſime ſuſcepit. He aūt veritates ꝑ
ſuadent rōnibus talibus: Primo q̄dem
quia mater dei oīm gratia plena fuit.ergo
ei nullū bonū defuit. Ceteris cīm per ꝓ
marie ꝑo ſe totam infudit gratie plenitu/
do: vt dicit hiero.ℙmone de aſſumptione.
Sed qz oīm ſcia eſt de nūero bonoꝝ ho/
norabiliū: vt dr. i. de aīa.ergo omnē ſciam
habuit. Confirmaf: qz oēs doctores cō
cedūt q̄ mox vt virgo cepit eſſe mater dei
in eā oēs gr̄e poſſibiles hūane creature cū
benedicto verbo ꝑiter deſcenderūt. Juxta
illud Sap. vij. Venerūt mihi oīa bona
pariter cum illa.ſ. ſapia dei patris. vñ in/
tellectus ſeraphin cognoſcit naturā ſui or
dinis ſiłiter z de alijs. Item ſingłi cogno
ſcunt naturā ꝓpriā. z ipſi naturā celi z pla
netaꝝ ſtellarū terreſtriūq̄ z aialium: aut
oīs aut aliqui. Quid ergo obſtat q̄ btā
virgo in lūine ieſu q̄ illūinat oēm hoiem
venientē in hunc mūdū: vt ſcribit Joh.i.
in ipo lūine in quo oīa relucent ipſam ple
niſſime inhabitāte:oīmia cerneret z noſce
ret. Sicut em in lūine ſolis multa vident
quo ſine:minime viderent:quia lumen: vt
dicit.ij. de aīa.facit potentia colores actu
colores.i.actu viſibiles: ita in luce diuina
vident occulta nobis. vñ Grego. Quid ē
qō nō videant q̄ videntem omnia vident.

Alia rō qz ſi de quo minus videtur in/
eſſe z ineſt: z de quo magis.ij. Thopicoꝝ.
Sz legim⁹ aliq̄s etiā infideles vt ariſtote
lē z phos alios habuiſſe ſciam rerū natu/
raliū ꝓmultaꝝ. Aliquos aūt ſanctos legi
mus in infantia mirabili lūine pluſtratos
vt Johēz baptiſtā. Nico. ꝛc. Alios quoq̄
futuroꝝ noticiā ꝑ viſiones z reuelationes
ſuſcepiſſe: vt patz de ꝓphis alioſue certifi/
catos de brītudie ꝓſeq̄nda. Quid ḡ mi
ſi b. virgini q̄ fuit mr̄ dei z dña oīm ſctoꝝ
z creaturaꝝ oīs gr̄a alijs ꝑ tres ꝓceſſa ipi
pleniſſime z gr̄ioſe fuerit accōmodata ptz
ḡ qm̄ fecit dñs marie magna ꝛc.

Capm. viij. de ꝓuilegio maternalis dignificationis in qua fecit deus magna marie.

Ctaua ſtella dicit
o maternalis dignificatio. Nam
deus b. virginē ꝓtulit dignita/
te maternitatis triplr. Uñ fecit ei maxia

in hoc ꝓuilegia. Primo qꝛ fecit eā matrem dei quo maius esse nō pōt ꝑm Albertū sup missus est ⁊ alios ꝯcorditer doctores. Nā alique sunt creature q̄ ꝓ ꝓcipuo hñt ꝓuilegio qꝺ sunt serui dei dilecti: vt angeli. Aliqui ꝯo vt sint serui ⁊ amici dei: vt sunt boni xp̄iani. Juxta illud Joh. xv. Jam nō dicā vos ꝟuos sed amicos ⁊c. Et iterꝫ Vos amici mei estis si feceritꝭ q̄ ꝑcipio vobis. Et tales etiā dicunt frēs dei et filij dei ꝓ adoptionis gr̄am Joh. i. Quotquot aūt receperūt eū dedit eis ptātem filios dei fieri ⁊c. Et ca. xx. Vade ⁊ dic fratribus meis. i. aplis ⁊ discipulis. Sz hoꝛ oim maximū est esse matrē dei ꝑm naturā a deo assumptā. Vñ Anꝺ. dicit solū de sancta maria virgine ꝑdicare qꝺ dei mater est excedit oēm altitudinē q̄ post deū dici vel cogitari pōt. Hec ille. Rō quia esse matrē dei ꝑm naturā nō solū claudit in se eē amicū vel amicā: filium vel filiā dei ⁊ sitia per gr̄am adoptiuā. eo qꝺ nō aliter fieret mater dei. Insup notat qꝺ sit genitrix ⁊ ozigo dei ꝑm eā naturā ꝑm quā deus est natꝰ ex ea. i. ꝑm hūanitatem. Frater aūt vel filius dei aut amicus: ⁊ talia nō dicūt ozigialiter nec ꝙsimilē. Jn cuius signū deus ꝑcepit honozari patrem ⁊ matrē ꝑ alijs. s. fratribꝫ ⁊ amicis: qꝛ maius est esse matrē ꝑ alijs. Et hoc maximū concessum est beate virgini ⁊ datum: vt. s. sit mater dei naturalis.

Secūdo in hac dignitate vel ꝑlatione maternitatꝭ fecit deus maximū b. virgini qꝛ eā fecit ⁊ voluit: vt sit mater oim xp̄ianoꝝ in gratia exūtium siue totius ecclesie xp̄iane vt latius patuit lib. ix. ꝑte. ij. arti. ij Preterea ps. ait: Mater syon dicet hō. et hō natus est in ea ⁊ ipa fundauit eā altissimus. Scōm em̄ trāslationē. lxx. interp̄tū quā sequit̄ brūs Aug. sup psalteriū. Hec locutio ē obscura: ⁊ pōt sic exponi. Homo dicet syon mater. Sed videndū est quis ē iste hō q̄ dicit. Et cui syon dicit. ⁊ de qua matre dicit. Est aūt hō iste dñs iesus deꝰ ⁊ hō q̄ natus est in ea mr̄e q̄ est virgo: ⁊ ciuitas dei ōz. ⁊ ipse idem hō est altissimus deus q̄ fundauit eā ciuitatē. i. matrē suam in qua habitauit. Si q̄ris cui syon dicit. Rñdet qꝺ syon spūali. i. eccl̄ie. Jnterp̄tat em̄ syon speculatio. Jn eccl̄ia aūt speculamur deū ꝑ fidem. Quid autē dicit iste hō iesus syon. i. eccl̄ie. Rñdet illud mater. s. est tibi. patrē hēbas miarū deū. Accipe ⁊ matrē misericordie reginam. Ecce mater tua o syon o eccl̄ia. Que est mater mea naturalis: volo vt sit ⁊ tua mr̄ spūalis. Sed quia iudeus ꝑfidus nullo modo vult hoc credere qꝺ ipa sit mater dei ⁊ hoīs. Et ꝑm hoc dicit translatio nr̄a q̄ fuit beati hiero. Nunqꝺ syon dicet hō. i. nūqꝺ ipi syon. i. iudeoꝝ synagoge dicet hō quicūq; ḡtūcūq; singularꝫ ꝑdicatoꝛ ⁊ doctoꝛ vt ad credēdū posset inducere syon. i. synagogā iudeoꝝ cuius cultus erat in tēplo: qō qꝺē tēplū erat ibi. i. in sion materiali. Nūquid dicet istaꝫ veritatem mirabilem: vt credat eam quā veritatem subdam. q̄si di. non. Nam neq; petrus apostolus neq; paulus vel alij apostoli. neq; ipse christus: quia populus iudeoꝝ nullo modo vult credere hanc veritatem videlicet homo christus natus est in ea ciuitate dauid. i. in beata virgie maria. Et ipse qui natus est in ea christus est ille altissimus deus q̄ fundauit ⁊ creauit eam. ꝓpter quam incredulitatem populus iudeoꝝ dānat. Est itaq; b. virgo mr̄ oim electoꝝ: mater inq; spiritualis: qꝛ ipsa oēs genuit in esse spūale. i. in esse gratie ꝑ filiū Et ideo ipsa dicitur mater gratie ⁊ mater misericordie: vt canit eccl̄ia. Et sicut ipsa peperit oīs in maximis doloribus compatiendo filio iuxta crucem. Unde Esa. vltimo cap. Parturiuit syon filios suos. i. beata virgo que speculabatur misterium passionis christi. Syon em̄ speculatio interp̄tat: ꝓpriuit summe compatiendo in doloribus filij. Sic exponit Albertus supra missus est. Oīes igitur christiani in quacūq; necessitate debēt ad ipsam matrē recurrere que sup omnes affectuosius salutem ⁊ omne bonum populi christiani ꝓmouet. Nam q̄nis amoꝛ patris ad filiuꝫ sit solidioꝛ. Amoꝛ tamen matris est tenerioꝛ: vt patet. ix. Ethicoꝝ. Et ideo puulus magis recurrit ad matrez ꝑ bis que vult petere q̄ ad patrez: quia experitur magis a matre obtinere. Sic nobis ꝓ gratia ⁊ mia recurrendum est ad matrem misericordie in oī necessitate vñ Ber̄. In ꝑiculis in angustijs inuoca mariam ⁊c Tertio

in hac dignitate mrnitatis deus fecit ma
ximū marie qz cā fecit matrē oim beatorū
celestiū z angelorū: qz oēs ab ea acceperūt
esse glie z beatitudinis celestis: qz oēs nō
tm̄ beati in celo sz z angeli nō nisi p cogni
tionem fidei xpi z eius matris sunt glīaz
adepti vt dicit Bern̄. sup illud Jone. i. ca.
Propter te orta est hec tēpestas: sicut patuit
li. v. gre. i. arti. iij. ca. i. Et iō Eccl'. xxiiij. in
pſona b. ꝟginis scribit. Ego feci vt oriret
in celis lumē indeficiens. s. glie: Ecce ptz
qz fecit dñs marie magna in materna pla
tione zc. cū eā voluit vt oim bonorū mr̄ sit
sicut z Sap. vij. scribit: Et ois gre z glie
nō solū creare: sz insup ipsi⁹ icreate. i. dī zc

De ꝓuilegio h̄ qꝫ mūd⁹ saluat⁹ ē mediāte b. maria mr̄e dei. c. ix.

Ona stella dicitur
n mōi saluatio: qz mūdus p b. ꝟgi
nē est recupatus a pditione z sal
uatus. vñ ipa merito dr saluatrix fecit. Si
cut z xps ejus filius dr p̄cellentissime sal
uator mūdi. Et nota qꝫ seculū siue mūdus
tor⁹: p̄cipue tripl'r siue trib⁹ modis ē salua
tus a pditiōe p b. ꝟginē. Et fm hec tria p̄
cipua ꝓuilegia data sunt in h̄a deo ipi b.
ꝟgini Primo qdē: qz gr̄am pditā in mū
do ipsa sola virgo ꝓma oim inuenit z mū
do recupauit sine q̄ gr̄a nō pōt salus esse.
Et idcirco angelus eidē ait Luc̄. i. Ne ti
meas maria inuenisti gr̄az apud deū. s. quā
ꝓmi pentes pdiderūt zc. Sz d. Tñ adā
gr̄az pditā p pctm̄ recupauit p pniam: vt
dr de ne. di. i. sicut ꝓmi. Sil'r z sancti pres
in veteri testō: vt abraā z mo. legunt apud
deū gr̄am inuenisse. Deniqꝫ angeli ꝓus
qꝫ b. ꝟgo in rē gre venerūt cū. s. a ꝓncipio
fuit eis collata gr̄a. Quō ḡ ipsa b. ꝟgo dr
ꝓxīme iuentrix gre. Rndet fm anthо.
i. iij. gre sūme qꝫ adā z si p pniaz recupauit
pditā gr̄am h̄ m̄n̄ p se nō p gnē hūano to
to. sic z abraā z pres ve. te. Angeli autem
nō dicūt gr̄am inuenisse: qz nō pditā gr̄az
recupauerūt: sed a ꝓncipio acceperunt col
latā. Btā aūt maria ꝟgo pditā a gnē hūa
no gr̄am inuenit z recupauit p oīb⁹: qz per
eā oēs gr̄az saluificā rehabuerūt ꝓtualr p
filiū ipsam nobis afferentē. Vñ aug. in ꝛ.
de ntūtate ꝟginis dicit: O b. maria q̄s tu
bi digne iura gr̄arū z laudū p̄conia valeat
impendere q̄ tuo singulari merito mūdo
succurristi pdito zc. Scōo p ꝟginē p
ditus mūdus ē saluatus: qz totus mūdus
in tenebris erroꝝ posit⁹ p ꝟginē bn̄dictā
ꝓmo oim lumen salutifere fidei accepit sī
ne q̄ fide nō pōt esse salus: teste apl'o. Heb
xi. Sine fide ipossibile ē placere deo. ꝓpt
qđ b. virgo ꝓxīme dr illūinatrix seculi.
Hā z maria illūinatrix vno mō interpta
fm hiero. Et declarat sic, Hā p illā tubā
Johis baptiste dicentē. Ecce agn⁹ dei zc
Andreas credidit. p ādreā petr⁹ credidit
p petrū roma. p romā credidit vniuersus
mūd⁹. ḡ a ꝓmo ad vltimū p Johem credi
dit vniuersus mūdus. Sed dic mihi a q̄
Johes lumen accepit nisi a btā ꝟgine qñ
solē xpm portando in ventre elizabeth vi
sitauit z Johem sc̄ificauit z illūinauit: ḡ
totus mūdus p ꝟginē lumē fidei accepit
z salutē. Jtē mūdus totus idola adorās
diuersa errabat. p apl'os aūt ad verā fidē
uersus ē. sz apl'oꝝ mgr̄a z doctrix erat b.
maria igit' zc. vñ de ipa canit eccl'ia Bau
de maria ꝟgo cūctas hereses sola iteremi
sti in vniuerso mūdo. s. p p̄dicationē discī
pulorū. Nec obstat qꝫ antea patres ve. te.
habuerūt fidem saluriferā de xpo: qz z hec
eis data ē in merito p̄uiso a deo ex futura
xpi incarnatione de ꝟgine zc. Tertio qz
p ꝟginē z ipa mediāte mūdus redēptus
ex dānatione extitit vt sicut canit eccl'esia.
Femina. i. Eua dānauit: ita femina. i. ma
ria saluauit. Proinde fm Alb. sup mis. ē
Hoc ꝓuilegiū magnum soli attribuit ma
rie: qz ipsa est adiutrix redēptionis hūane
z mediatrix. Tū qz xps fm dinitatē solaz
pati non potuit vt sic redimeret hō: sed in
carne de ꝟgīe sumpta passus est. Jpa ḡ ꝟ
go b. ptulit p̄ciū nr̄e redēptionis. i. carnez
xpi afflictam z sanguinē effusum p nobis
Tū q̄z qz ipa sola cū xpo p nobis patiēte
cōpassa est: z sibi soli cōicatio passionis do
nata est. Qđ sic declarat: cōicatio passiōis
duo importat. scz fidez crucifixi dei z hois
z p se passionē ex cōpassione patiētis. Et
sic fuit q̄drupler diuersitas respectu dñice
passiōis. Quidā ei nec fidē nec cōpassionē
de xpo hēbāt vt infideles blasphemantes

z demones. Quidā habuerūt cōpassionē sed nō fidē diuinitatis scz apli qm oēs scā dalum passi sunt. Et mulieres quib⁹ dns dixit: Filie hierlm nolite flere sup me zc. Luc. xxiij. Quidā habuerūt fidem vel cognitionē sed nō ꝓpassionē vt angeli z patres in lymbo. Sola autē beata virgo habuit fidem z cōpassionē p se: z sic solius ē ꝑ ꝓuilegiū. vñ sicut totus mūdus obligat deo p suā passionē: ita obligat dñe p compassionē. Nec obstat illud Esa. lxiij. Torcular calcaui solus z de gentib⁹ nō est vir mecū: qz solū excludit viros: nō beatā virginem que fuit mulier. vñ magna fecit deus marie in mūdi saluatione: qz ipsa grāz mūdo recupauit: ipa mūdū illūinauit ipa mediāte hūanatus xps redemit mūdum.

Capl'm. x. de ꝓuilegio repletionis z exuberatiōis donoꝝ spūsācti in beata maria z ꝗmaxima in hoc eidem sunt collata.

Decima stella dicitur donoꝝ exuberatio in qua deus fec vtiqz maxia marie. Primo qz eam omi dono. ſſ. z oi grā repleuit.

Scdo insup qz ipaz adeo celestib⁹ bonis impleuit vt de plenitudine eius totus mūdus accipere possit z habere grāz. idcirco Bern. ait: Queramus inquit fratres gratiam p mariā: q sic querit inuenit: z pulsanti aperiet. Ipsa em omib⁹ omia facta ē: oibus sinū misericordie apit: vt de plenitudine eius accipiāt vniuersi. Eger curationem: captiuus redēptionē: tristis ꝓsolationē: peccatoz ventā: iustus grām: angelus leticiā: filius dei carnis sbam: veniqz tota trinitas gliam. Hec ille. Tertio qz de nullū donū spuale z nullā grām in mūdo haberi voluit qn p manus marie transierit: vt dicit Anſ. ꝓpter qd ipsa ab ecclesia honorat dignissimis noib⁹ ad id ptinētib⁹.

Primo quia ōr porta celi.

Secūdo quia dicit fenestra celi.

Tertio quia ianua regis alti.

Primo inqz ipsa ōr porta celi. vñ canit Aue marz stella dei mater alma atqz sem p virgo felix celi porta. Hoc autē idcirco: vt dicit Alb. sup missus est ca. cxci. quia in quit p ꝓginē exiuit in mūdū quicqd vnqz gre creatū vel increatū venit vel venturuz fuit. Ipsa em oim bonoꝝ mater ē z mater gre z mater mie. Ideo porta celi denoīata est: qz p ipam intrauit quicqd de terris in celos ascendit z ecōuerso. Proprietas em porte est importare z exportare. Hec Alb.

Sed dic. Tñ etiā pnia ōr porta celi z mādata dei z crux xpi. Quō g attribuit b. virgini vt dicat porta celi. Rñdet fm eūdez Alb. q exquo ꝓprietas porte est importare z exportare. Penitētia aūt z mandata dei nō exportant sed tm important in celū ꝓpter qd dicunt porta celi. Beata ꝙgo autē vtrūqz facit g magis ꝓprie ōr ipa porta celi. Crux ꝙo xpi bene etiā ōr porta. vñ legit q in tēplo fuerunt duo hostia q simul aperiebant z simul claudebant: ita in celo hec duo hostia crux vel ipe xpus z maria.

Scdo ipa virgo ōr fenestra celi: qz fenestram intrat lux: ita p virginem lux de celo xps intrauit in mūdū. Et ipsa lux q de terra. i. de beata virgine orta est fm carnē: penetrauit celū. z sic ipa virgo est lux illūinans celū z etiaz mundū. Tertio q̄z ōr ianua regis alti: qz ipse rex regū p ipsam venit in mūdū. merito g canit ecclesia de ipa Intrēt vt astra flebiles celi fenestra facta es. Tu regis alti ianua z porta lucis fulgida vita data p virginē gētes redempte plaudite. Hec fm Albertū.

Capl'm. xi. de ꝓuilegio superexaltationis beate marie virginis in qua fecit deus in ipa magna.

Undecima stella dicit superexcellens exaltatio in qua deus virgini fecit magna: qz sup oēs chozos angeloꝝ: z sup omēs ordines creaturaꝝ celestiū z terrestriū exaltauit vt ipsa sit regina angeloꝝ z gliosa dña oim creaturaꝝ: mūdi aduocata: beatoꝝ glia: ac oīm laude dignissima: oi dignitate ꝑcellētissima: vt patuit de b. li. x. vbi de assūptione z glificatione atqz superexaltatione z celesti dignificatione actū est. Ñ canit de ipa eccl'ia: O gliosa dña excelsa sup syderaq te creauit, puide lactasti sacro vbere.

Capl'm. xij. de ꝓuilegio vlis ve-

neratiõis beate marie in qua fecit deus magna beate virgini.

Undecima stella dicit

Undecima stella dicit vltis veneratio in qua fecit deus virgini magna: qz fecit vt totũ vniuersum ipsaz veneret z laudet tam in terra qz in celo. Uñ ipa ait Lu.ij. Ecce eim ex hoc beatã me dicent oẽs gñationes Itẽ Prouer.vlt. Uiderũt eã filie syon.i. aie sancte z beatissimã pdicauerũt: z regie laudauerũt eã. vt aũt enũeremus rez gña

Primo nota trinitas deus eã venerat? est z benedictã pdicauit qñ p missum gabrielẽ archangelũ ipsam salutauit d. Aue gña plena dñs tecũ: benedicta tu in mulieribꝫ. Scõo dei filius xps veneratus ẽ eã sũma reuerentia tã in vita: qz erat subdit? ei Luc.ij. Et hoc in oñi obsequio vt filꝰ bonus matri: qz in morte sua: qz pendens in cruce: vice sui discipulũ pdilectũ eidem cõmendauit in obsequiũ solaciũ ac venerandũ fuitiũ di. Ecce mater tua Joh.xix.

Deniqz ipse xpus beatificauit eã in pdicatiõe qñ mulier q̃dam de turba exclamauit di. Beatus venter q̃ te portauit z vbera que suxisti. Nam moz subiunxit xpus: Quinimo: Beati q̃ audiũt verbũ dei. vbi tripliciter eam beatificauit. Primo qz in vtero xpm portauit. Scõo qz euz vbere ỹgineo lactauit. Tertio qz verbũ dei audiuit z custodiuit. ꝓma duo insinuanꝫ cuz dixit: Quinimo. vbi quo ad vtrũqz confirmat dicta mulieris. s. Btus venter qui te portauit. Ecce ꝓmũ. z vbera que suxisti. ecce secũdum. Tertiũ cũ subdit Beati q̃ audiũt verbũ dei: qz beata ỹgo pfectius p oĩbus audiuit z seruauit verbũ dei. Tertio beatã ỹginẽ venerata est creatura angeli ca z venerañ. Primo q̃dem in salutatiõe qñ angelus reuerenter salutando eã adorauit di. Aue gña plena. Scõo in natiuitate xpi qñ multitudo angelorꝫ cecinit di. Gla in excelsis deo zc. Tertio in sui assũptione. vñ canit eccl'ia Assumpta ẽ maria gaudent angeli laudantes bñdi. dñm.

Quarto tpe pestilentiali rome cũ beat? Grego. imaginẽ ỹginis ante ꝓcessionẽ deferri faceret visi sũt angeli canentes in ei? laudem: Regina celi letare alla. Deniqz angeli mali eã coguñ venerari in tantuz vt audito solo eius noĩe coguñ effugari: sicut patuit lib.vi. Bern. Ubi nomẽ marie inuocañ demonũ nocumentũ effugatur qz maria terribilis vt castroz acies ordinata describit. z de hoc eodẽ libro patuerunt miracla. Quarto beatã virginẽ venerañ oñis generatio hũana. Prima q̃dem generatio iudeorꝫ sicut ptz de Josepho q̃ plura bõa scripsit in libro antiquitatũ de xpo z vt supꝰ scriptuz est dñs Bonauẽ. dicit q̃ iudei asserũt beatã virginẽ fuisse pulcherrimã: z hoc mirũ in ea q̃ a nullo viro potuit ꝯcupisci. Scõa gñatio machometistaz: qz i alkarano. i. lege eoz. laudañ ỹgo beata: vt patuit li.ij.ꝑte.iij.arti.ij.c.iiij. Et anthoninus florẽtinus in.iij.ꝑte sue sũme scribit q̃ saraceni z thurci beatã virginez in tẽplis suis adorãt z ei turificãt: z nomẽ eius in tãta reuerẽtia est apud eos q̃ blasphemãtes eã graui pena mulctanꝫ. Tertia generatio latinorꝫ gentiliũ: vt ptz de ỹgilio q̃ scribit in lib. buccolicorꝫ. Egloga. iiij. ỹ. Jam redit z virgo redeunt saturnia regna. ỹ. Jã noua ꝓgenies celo demittit alto. ỹ. Nate mee vires mea tu porẽtia solus zc. Quãuis aũt btũs hiero. dicat ỹgiliũ nõ hec intendisse de xpo. tñ possibile ẽ q̃ sic etiã cayphas ꝓphauit de salute mũdi p mortẽ xpi futura di. Expedit vt vnus hõ moriañ ꝓ ꝓplo: licz ꝫ nõ intenderit nec intellexerit: Jta z virgilius de xpo z mrẽ ei? bñdixerit vt sentit btũs Aug. Ouidi? q̃z poeta in lib. de vetula ait: O ỹgo felix: ỹgo sigta p stellas. Quis mihi tantũ det viuere vt dign? possim laudũ tuarꝫ ferre ꝑ conia. Nã nisi tu fores de? nõ sumeret carnẽ. Ex te hic deus oiporens. Nõ tñ credit Ouidiũ illũ libꝫ fecisse: sz aliquẽ fidelem Ouidio intitulando. Fuerunt etiã sibille gentiles q̃ plima scripsere de xpo z matre eius laudatoria: ꝑdicendo xpm iesum dei filiũ nasciturũ de virgine imaculata. Hoe oẽs sibille ꝫm Jsido. li. ethimologiarꝫ. arcz Lact. in ꝓmo li. diuinarꝫ instit. fuere decez

Prima ꝓsica que fuit de ꝓsis. Scõa libica. Tertia delphica in tẽplo delphici apolinis genita q̃ ante troiana bella vaticinata est: cuius plimos versus operi suo homerus inseruit. Quarta chimeria in

ſtalia. Quinta hericthrea que vt Augu. meminit xvij.li.de ciui.dei verſus quoſ/dam [illegible]poſuit de fine mundi quoꝝ pri/me lr. iuncte ſonant Jeſus xps filius dei ſaluator. Dicta eſt aũt hericthrea: qz in ea dem inſula eius inuenta ſunt carmina.

Sexta ſamia a ſamo inſula cognoiata.

Septima cumana que ẽ cumea de qua ꝟgilius in bucholicis li.v. recolit. Octa ua eleſpontina in agro troiano nata. No na phrigia. Decima tiburtina que oĩes diuinitatẽ xpi z eius natiuitatẽ ex virgine beata cõmendãdo ꝑ longa ante rpa ꝓphe tauerũt. quaꝝ dicta ſingłaꝝ qz longiſſimũ foret hic ſcribere ſaltẽ ſufficiat hic inſeru/iſſe ꝓphiaꝝ ſibille delphice que z in caſtro papienſi ſcripta hoc mõ ꝓtinet. Jn vlti ma inquit etate hũanabit deus z hũiliabi tur ꝓles diuina iunget hũanitati deitas z puellari officio educabit de⁹ z hõ. Signa p̃cedent apud iudeos mulier vetuſtiſſima ſcz Elizabeth puerum ꝓcipien: ſtella orbis mirabit. ducatũ p̃ſtabit. ſ. magis ad ortuz ſcz xpi hic hñs pedes. i. ãnos. xxxiij. z pol/lices. ſex. i. menſes eliget ſibi de piſcatori/bus nũeꝝ duodenariũ: vnũcꝫ diabolũ. ſcz iudam. Non in gladio bello ve eneadem vrbẽ. i. romã: regeſcꝫ ſubꝟciet. Sed in ha/mo piſcatoris in delectiõe z paupie ſupa/bit diuitias z ꝓculcabit ſupbiã: morte ꝑ/pria mortuũ ſuſcitabit: z cum mactabit vi uet z reguabit: bonos iudicabit z malos.

Hinc q̃tuor aialia. i. euãgeliſte ſurgẽt in teſtionũ ſectãtes iuſticiã legẽcꝫ irrephẽſi bilẽ. huic ꝺicet beſtia. i. antixps ſiccꝫ abo minatio ſpume draco̅is. i. machomet⁹. Et ſurget ſtella mira. i. paulus apłs hñs ima ginẽ q̃tuor aialiũ. i. euãgeliũ q̃tuor euãge liſtaꝝ. Danaos. i. grecos illũinabit. Hom agni vſcꝫ in finẽ ſeculi ꝓducet. Erit aũtẽ beſtia horribilis. i. machometus ab oꝛien/te veniens cui⁹ rugitus vſcꝫ ad gẽtes pu nicas. i. affricas audiet: cuius capita. vij. ſceptraqꝫ innumera: pedeſcꝫ. 663. glo. 663 anni. Reges aũt z optimates erunt in ſu/doze terribili: z nõ diminuẽt pedes ei⁹. i. annos. Stelle ꝺꝫ due. i. ordo minoꝝ z ꝑdi catoꝝ cõſimiles ꝓme ſtelle. i. paulo. inſur/gent ꝓtra ipm z nõ obtinebũt vſcꝫ dũ ve/niat abominatio z volũtas altiſſimi ꝓſu/met. Hec ſibilla ꝑtacta. q̃ ꝓphia habet ſcri pta etiã in libro ꝓfomitatũ. Quarta ꝑ/ter hec gñatio xpianoꝝ laudat z venerat beatã virginẽ inter q̃s tã boni cꝫ mali: tã heretici cꝫ ſciſmatici ſolent plericꝫ venera ri: ieiunãdo ſabbatum vel vigilias feſtiui tatũ eius in honorẽ ipſius. Et certe multi videnꝫ magis hre beatã virginẽ in vene/ratione cꝫ dñm xpm magis ex ſimplicita/te moti cꝫ ſcia licz nõ deberet fieri. Quia tñ honoꝛ mris in filiũ redũdat patiam hz xps hui⁹ ſimplicitatẽ ꝑm anthoninũ floꝛ. vbi ſ. Denicꝫ vłiter oĩs gñatio filioꝝ ec cleſie iuſtoꝝ virginem b. venerat z laudat Nã eccłia quotidie horas canonicas ꝟgi/nis dicit Et ſunt in p̃cepto ipe hoze btẽ ꝟ/ginis ſicut z canonice hore maiores q̃ ad obligatos. Jtẽ ꝑ totũ orbem q̃ ciuitas nõ hẽat eccleſiã: z vticꝫ ſolẽniozẽ in noie btẽ virgis fabzicatã. Certe in oꝛbe nec in noie ſaluatoꝛis: nec in honoze alioꝝ ſctõꝝ repe riunt eccłie in tanto nũero. Jtẽ q̃s ſctõꝝ hz tot feſtiuitates ꝑ circulũ anni ſicut btã ꝟgo. Denicꝫ ſancti doctoꝛes de nullo ſã cto cõperiunt edidiſſe tot ſermones ſicut de b. ꝟginis laudi bz. Oĩs itacꝫ genera/tio hũana ipam veneraꝛ: imo inſup z oĩs creatura ad ei⁹ oꝛis ipiriũ obedit: qz dña eſt totius mũdi. Et nos g̃ chariſſimi eam veneremur: ipam deuote laudem⁹ dicẽtes: vere głioſiſſima: ꝟe felix es o ſacra ꝟgo maria z omni laude digniſſima: qz ex te oꝛtus eſt ſol iuſticie xpus deus nr. O tu itacꝫ ſanctiſſima: ab eterno ꝑelecta: virgo puriſſima omni decoze virtutum adozna ta: deo fecunda z inhabitata: luminoſa et mater digniſſima. O tu ſaluatrix ſecli ſpi rituſancto pleniſſima: ſup oĩes angelos exaltata. te laudamus: te deuote colimus: te humiliter petimus: vt apud ꝓdulcez tuũ ieſum: cum quo regnas in eternuz no bis impetres beatitudinis gaudiũ. Amẽ

Pars ſecunda libri vndecimi de priuilegijs ſiue gratijs z excellentijs beate marie vbi applicatur thema quod applicari poteſt z concernit feſtum marie de niue.

Eus facit magna ī

scrutabilia q̄ p̄cipit niui vt descē dat sup terrā. Job. xxxvij. c. Tanta est excellentia btissime ꝑginis tam magna z inscrutabilia eius glorioſissima ꝓuilegia vt in laude eius deficiant oēs lingue scripture z ſimilitudines. Ūñ Hieronymus. in ſermone de assumptione dicit sic: Quid nos tantilli: q̄d actione puſilli in eius laudib⁹ referamus cū ſi oīm nostrū mēbra verterent in linguas eā laudare ſufficeret nullus. altior celo ē: de qua loqui nitimur: abyſſo ꝓfundior cui laudes dicere conamur. vñ ſi celū te appellem altior es: ſi matrē gentiū dicam excellis: ſi formā dei appellem digna exiſtis. Si aūt dñam angelo⁹ vocem p oīa comꝛoba/ris. q̄d igit dz te digne dicam: neſcio. Hec hiero. Ideo ſpūſſanctus p oza ꝓphaz eam cōmendat: nō ſolū verbo verūetiaz ſignis z ſilitudinib⁹. Quia ꝑo nulla ſilitudo pabolica pfecte ſufficit ad eius excellentiam exꝑmendā. Ideo ad eius laudem multe inducunt metbaphore. Aliqñ em figuratur a natura celeſti. vt ſolis: lune: z ſtellaz Cañ. vi. Que ē iſta que pgredit electa vt ſol: pulcbra vt lūa ꝛc. Aliqñ a natura inferiori in ſilitudine cedri: libani: palme: ci ꝑſſi ꝛc. Eccl. xxiiij. Quaſi cedrus exaltata ſuz in libano ꝛc. Aliqñ ꝑo a natura media: vicz nube vel auroze. Eccl. xxxij. Solem nube tegam. vel niuis etiam ſicut ptz in p̄miſſo themate. Sed qm̄ ſancta mater eccleſia ſolet ānuatim ſolēniſare ad honorem beate virginis diem feſtum q̄ dz marie de niue: In mēoriā vicz illius miraculi qñ in eſtiuis calozibus: ſcz mēſis auguſti die. v. rome eccl'iam ſibi fabricādā beata virgo p niues voluit demōſtrare. Hoc aūt miraculū eſt deſcriptū lib. xij. pte vlti. ca. vi. miraculo. v. Igit iſta ſolēnitate cōuenienter a applicari poteſt thema p acceptū In cuius verbis beata virgo maria tripliciter cōmendat.

Primo a gr̄oſa ꝓuilegioz magnificatiōe
Secūdo a virtuoſa niuiū aſſimilatiōe.
Tertio a viſceroſa boīm miſeratione.

Primo q̄dem a gratioſa ꝓuilegioz magnificatiōe cū dz: deus facit magna inſcrutabilia. vere maria inſcrutabilia fecit de⁹ in maria cū ea fecit virginē matrem dei z ſup oēm creaturam ſublimauit multipl'r: vt patuit in pte p̄ma hui⁹ libri. Ūñ Origenes in Omelia ſup illud Luc. Cū eſſet deſponſata ꝛc. dicit ſic: O magne admirationis gratia. O inenarrabilis ſuauitas. O ineffabile ſacr̄m: Ipſa eſt eadez mater ipſa' eſt eadem virgo: ipſa genitrix z ancilla: ipſa ē que genuit deū z boīem. q̄s vnq̄ audiuit talia. q̄s vnq̄ potuit vt virgo eſſz z mater: ī macꝛata mater z incoꝛrupta: mater vnigeniti filij dei dñi noſtri ieſu xp̄i q̄ ē in celis p̄m diuinitatē in ſinu patris: z eſt in terris p̄m carnem in ſinu matris. in celis de patre ſine matre generatus: z in terris de matre ſine patre genitus. Hec Origenes. Ecce ergo merito cōmendat virgo q deus fecit in ea magna z inſcrutabilia.

Secūdo cōmendat beata virgo in premiſſo themate a ꝓtuoſa aſſimilatione niuiū cū dz qui p̄cipit niui. i. marie. Merito nempe beata virgo p̄figurata z etiam miraculoſe demonſtrata eſt p niues ꝓpter eaꝝ virtuoſas ꝓprietates z ſimilitudines plures

Primo q̄dem: quia nix eſt candidiſſima z albiſſima rex oīm in quo ſignificat puritas beate ꝓginis excellentiſſima. Secūdo nix eſt frigidiſſima: in quo ſignificatur virginalis caſtitas illibate marie virgis p quā ab omni ardoze ꝓcupie fuit aliena.

Tertio nix eſt faciliter liqueſcibilis z reſolubilis: in quo ſignificat beatiſſime ꝓginis charitas p̄celletiſſima p quā aīa ei⁹ totaliter fuit liq̄facta in deū z p hanc facilime mouet ad ꝓximos. i. boīb⁹ ſubueniendum.

Quarto nix in ſupnis naſcit z per quas ⁊ntitates deſcendit: in quo ſignificat q licet beata virgo fuerit altiſſima z eius cōtinua ꝙuerſatio in ſupnis. Tamen erat ꝓgo būilima z ſui reputatione qua. nā cum eſſet mater dei ſe reputauit z dixit ancillā Ecce ptz: qz m'tiplex virtuoſitas deſignatur in maria p niuis ꝓprietates in qua cōmendat. Tertio cōmendat a viſceroſa miſeratione z pietate erga boies cum ſubdit vt deſcendat ſup terram. Iſta em ꝓdeſcenſio eſt terreſtriū boīm in omni neceſſitate miſeratio z ſuffragatio quā exhibz ꝓgo beata p̄cipue ad eam deuote ꝙfugienti

bus: qz deus voluit ipsaz fore nobis aduocatam z matrē misericordie. z idcirco ōr in themate q̄ sc̄z deus p̄cipit niui. i. beate virgini imaculate sue matri vt descendat misericorditer auxiliando sup terrā ꝛc. vñ Bern. in ſmōe In lectione dicit: O maxime pia: O multū admirabilis maria: tu nec noīari potes q̄n attēdas: nec cogitari q̄n recees affectus diligētiū te: nec inuocari q̄n exaudias. Nō em̄ fas est o dña relinquere eum qui spem ponit in te cū sis mater misericordie ꝛc. Potes igitur sicut tibi placuerit iuxta p̄missum thema applicare sermonē in festo beate marie de niue siue de eius p̄uilegijs siue de eius puritate vel de eius ꝑginitate: siue de eius charitate vel pietate. De quib⁹ omnibus z singulis habes in premissis libris suis locis Tamen vt ad nostrū ꝓpositum in hac parte cōuertendo de excellentijs beate virginis agamus. Preter ista priuilegia z dignissimas excellentias in prima pte habitas: describemus hic. xij. alias excellentias z gratias priuilegioz beate virginis: quas quidez enumerat z describit beatus Bern. de Senis ordinis minoz in sermone de admirabili excellētia z gloria beate virginis. Equidem hec est regina de qua p̄s. ait: Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circūdata varietate. Quia regina: ergo cozonata gratiaz z p̄uilegiorū decoze: sed quali describit in figura Johānes Apoc. xij. di. Mulier amicta sole: z luna sub pedib⁹ ei⁹: z in capite ei⁹ cozona xij. stellaz. i. gr̄az z excellētiaz gl'osaz. sūt autē iste. xij. stelle gl'ie excellētissimē ꝑgis q eūdē sctm̄ Ber. vt p̄misi assignate z i tribꝰ q̄ternarijs sb̄diuise ꝓpt facil'oze capacitatē

Prime q̄tuoz stelle
- Nobilitas
- Preseruatio
- Meritum
- Potestas

Alie quatuoz stelle
- Superexcellentia
- Dominatio
- Regnum
- Dispensatio

Sup addūt alie q̄tuoz
- Consūmatio
- Ornatus
- Retributio
- Incōp̄hēsibilitas

Capm primū q beata Maria merito habet priuilegiū summe nobilitatis quia declaratur fuisse p̄excellenter nobilissima tam in causa q̄ in substantia necnon in efficientia.

Rima stella nuncupat

Pat nobilitas: quia ipa est virgo nobilissima de qua quidem nobilitate q̄uis in p̄cedentib⁹ scriptuz est pluries. Tamen hic sub alio p̄cessu ꝓsequendo circa hoc q̄stio occurrit talis: Vtrū beatissima virgo maria merito dicat nobilissima: vt mera veritate debeat p̄ferri: omnibus nobilib⁹ totius vniuersi: in ipsa corpali nobilitate. Ad quod rñdet q sic Et declarat p̄m Abbertū sup missus est. distinguēdo taliter: Nam nobilitas inqt ꝓsistit in trib⁹.

Primo in causa
Secūdo in substantia
Tertio in efficientia

Primo in causa: si videlicet a nobili ortu ginе p̄ncipiū ducat. Secūdo in substantia: si nobilē essentiā z ꝓprietatē in se possi deat. Tertio in efficientia si nobiles effectus ex se ꝓducat. Quantū ad p̄mū beata ꝑgo fuit sūme nobilissima: qz fuit filia p̄ncipis abrae in quo deus ꝓpm peculiarē elegit sibi z distinxit ab alijs cui dictuz est Gen. xxiij. Princeps dei esto inter nos z cui primo facta est de xp̄o repromissio: q̄ fuit nobilissimus p̄riarcha. vñ denoiant hebrei q̄si abreici q̄ primo ꝓfessus est fidez vnius veri dei inter idolatras chaldeos ignē adorantes p deo. in quē iniectus abeis vt expiret virtutem eius illesus exiuit. Ipsa itaq beata virgo ab abrahā tanto p̄ncipe z tā sancto descēdit gn̄atione. xlij. vt vt ptz Matth. i. Et in hac sua origine contraxit virgo triplicē dignitatē. Primo regalem ex dauid q̄ est dignitas corporalis Secūdo sacerdotalē que est dignitas spiritualis: quia tribus regalis z sacerdotalis erāt iuncte ꝓiugali matrimonio. Tertio ꝓphetalē que est diuinalis vel celestis: qz ꝓphetie donū a deo est imediate. Iuxta il-

lud.i. Pet.ij. Spūsancto inspirante locu/ti sunt sancti dei hoies ꝛc. Quo ad secū dum in substātia beata ꝟgo fuit nobilissi ma.i.in psona tā corpaliter: qz purissime nature ꝛ cōplexiōis ꝓoprime fuit ꝙ spūa liter:qz plenitudinē gr̄e in se hereditauit. ꝛ liberrima fuit:quā libertatez potissime facit imunitas a pcō. Qui em facit pcm seruus est peccati Joh.viij.vñ.i.politico ꝛ dicit Aristo.q nil aliud ꝙ ꝟtus ꝛ vitia de termināt seruū aut liberū. Et Augn.xiiij. de ciui.dei dicit: Bonus etiā si seruiat li/ ber est. Malus aūt etiā si regnat fuus est nec vnius sed qđ peius est tot dñoꝛ quot vitioꝛ. Dec ille. Vñ beata virgo quia ab omni peccato liberrima:ꝛ celoꝛ regina ac mūdi dña. Fuit igit verissime nobilissima vtpote omni virtute ꝛ gratia plenissima.

Quo ad tertiū in efficientia fuit beata virgo nobilissima:quia ex ea ortꝰ est fons oīs nobilitatis sol iusticie xp̄s deus no/ ster q̄ est rex sacerdos ꝛ ꝓpha ꝛ dñs dñan/ tium. Vñ pilato ait: Rex sum ego ꝓ quez ꝛ oēs electi veniūt in libertatē gl̄ie filioꝛ dei. Vñ ꝓz beatā virginem fore nobiliss mā p oīnib creaturis post xp̄m ꝛ indiui/ duis nō solum būanis sed etiaz angelicis que sunt fuerūt aut poterūt esse ꝛc. Ad q̄/ dem vt magis clareſcat pticularia dubia pulchra hic mouenť. Primū quō nobili/ tas beate ꝟginis p̄cellat nobilitatē ange/ licam. Rn̄deť q̄ p̄cipue p̄cellit tripl'r.

Prio qz nobilitas b.ꝟgis est dignioz.

Scdo qz est p̄cioſioz.

Tertio quia est p̄clarioz.

Primo inq̄ p̄cellit qz est dignioz:qz fm Bonauē.sup.ij.di.i.licz angelus naturali ter sit dignioz hoie quocūq̄ etiā xp̄i būa/ nitate vel beata ꝟgine:in eo vicz qz ange/ lus naturaliter est spūalis:incorpalis:ꝛ i/ mortalis. Tale aūt naturaliter nobilius est corpali ꝛ mortali ꝛ corruptibili. Sed bō ē corpalis ꝛ mortal'. Etiā ipe xp̄s mor tale corpus suscepit. vñ ꝛ fm ap'm Heb. ij.scribit. Dodico q̄ angeli minoraꝰ esse iesus ꝓpter passionē mortis. Nihilomin⁹ tñ rōne multiplicis gr̄e superaddite xp̄us ꝛ beata ꝟgo eius mater meliores ꝛ nobilio res sunt optimis in genere angelico. Vñ b.ꝟgo eo ꝙ est mr̄ dei ꝛ sponsa dignioꝛ est effecta oīb angelis:vt scz sit regina ꝛ dña angeloꝝ:sicut xp̄us rex ꝛ dñs oīm. Sicut em cū aliquis excelsus rex accipit sibi spon sam de genere ignobili.eā moꝛ eoipso no/ bilitat sup oēs barrones ꝛ milites ꝛ deco/ rat ꝛ ornat. Sic cū deus sūmus beatā vir ginē p̄elegit in sponsam.eo ipo p oīnibus ipsam angelis ꝛ hoīb nobilitauit rōne tā te dignitatis. Scdo nobilitas marie p̄ cellit nobilitatē angelicā:qz est p̄cioſioz co rā deo coꝛā quo p̄cioſioꝛ ꝛ gratioſioꝛ ē id qđ est fm gr̄am ꝙ fm naturā. vñ melioꝛ ē coꝛā deo: rusticus in gr̄a exñs: ꝙ rex sine dei gr̄a. Angelica ḡ nobilitas cū sit ex na tura minoꝛ ē nobilitate b.ꝟgis q̄ ē ex gr̄a

Tertio qz est p̄clarioꝛ.eo ꝙ purioꝛ qz niter puritate ꝟgo fđ deo maria fm Anſ. Jdeo p̄ ceteris coꝛuscat radijs oīnis. Cla ritas quippe dei illūinat eā Apoc.xxi. Ni mirū videmus ꝙ claritas lucis tanto ē p̄/ clarioꝛ ꝛ nobilioꝛ ꝙto est in materia ꝓspi/ cua ꝛ purioꝛ:sicut ꝓ oppositum est minus clara in materia obscura ꝛ ꝛdensa. Sz qz b.ꝟgo est purissima sup omēs angelos. ḡ ei⁹ nobilitas p̄radiat ꝓ gr̄am dei ꝛ gl̄iam Hoc p̄dixerat Esa.lx.dicēs: Sup te oꝛie tur dñs ꝛ gl̄ia eius in te videbit. Secū dum dubium.quō nobilitas coꝛpalis ma rie p̄cellat generositatem ꝛ nobilitatem oīm humanoꝝ indiuiduoꝝ totius vniuer si. Rn̄deť q̄ hoc declarať. Primo ex h ꝙ euāgeliste oēs p̄claritates:ingenuitates: ꝛ nobilitates:que possunt esse in hoie:scz patriarchalē:regalem:sacerdotalē:ducalē ꝛ ꝓpheralem fm originē sanguinis deseri būt in hac p̄clara virgine:tā descendendo ab abraam sanctissimo vsq̄ ad xp̄m eius filium: vt ꝓz Matth.i.q̄ ascendēdo vsq̄ adā q̄ fuit dei in q̄ ē sūma nobilitas: vt ꝓz Luc.iij. Et q̄ accipiť argumtū ꝙ ipa oēm nobilitatē vicz quā deus dedit hominib est adepta. Unde oportet testimonio euā gelistaꝝ hoc intendentiū ꝛcludere ꝙ ipsa p̄feratur omnibus imperatoribus:regib ꝛ reginis ꝛc. Secūdo ex hoc quia chri/ stus dñs fm būanitatem omnē nobilitatē habet a matre:vt dicať filius dauid:filius virginis:ꝛ speciosus forma: ꝛ nobilissim⁹ Ex quo clareſcit ꝙ oīnis nobilitas ꝛ for/ mositas ideirco concessa est adam:vt per

generationes descenderet in virginē matrem ⁊ p eam terminarek in christuz. ⁊ sic ꝓ eam fore nobilissimā. Sed dī. exquo ipa virgo fuit paupcula ⁊ cōiunx Joseph pauperis carpentarij: quō dicik fore nobilissima corpaliter. cum fm phm. Nobilitas corporis est traductio originis a parētibus fm seculum in diuitijs ⁊ potētia ac dñio constitutis vel inueteratis. Rñdek q̄ ꝫ nō obstat: q̄ licz gñatio marie successiue fuerit depauperata. Cū a pncipio de ditissimis nobilissimis ⁊ potentissimis ē orta. Et quidem ipsa beata virgo volnntariam paupratem tenuit: que ē virtus euāgelica: ⁊ ideo nō derogat rationi nobilitatis vere Sicut si regina vk filius regis intraret religionē que vouet paupratem nō ꝓpter hoc amittit nobilitatem naturalem imo perficit p virtuositatē. Unde legitur q̄ sanctus ludouicus filius regis aragonie pmogenitus cū intrasset ordinem minoꝝ cōtempto seculo. Unusq̄ ex fratribꝫ minoribus eidem salutando dixisset: Ue re inquit maximū honorem ⁊ subtilitatez ex te ordo iste minoꝝ acquisiuit: quia te filium regis maximi habere meruit. Doctor ille sctūs rñdendo intulit. imo inquit ego q̄ ordinē sum nobilitatus ⁊ vere sublimatus ac honorabilis effectus: quia ꝓtus facit vere nobilem atq̄ honorabilem. Nam pfecto carnis nobilitas q̄ntūcūq̄ excellēs sit sine virtute informis est: imo vituperabilis: teste hiero. Et eiusdem sententie est Aristo. i. ⁊. ij. Rethoricoꝝ. ⁊. ij. Ethicoꝝ. ⁊c. Sed gr̄a dictoꝝ questio potest oriri vnde orta est nobilitas inter hoīes et dñium. quo pest homo homini. Nam vt dicit Augu. xix. de ciuitate dei. ca. xv. Deus hominē rationalem factum ad imaginē suā noluit nisi irrationalibꝫ dñari: nō hominē homini. Propter q̄ et Gen̄. i. scribit: Faciamus hominē vt p̄sit piscibus maris et volatilibus celi ac bestijs terre. Cū ergo natura homines oīes equales fecerit ex eodem fonte ab Adam ꝓpagatos: vt ait Gregorius. Unde ergo ortuz est vt vnus altero sit nobilior. et nobiles ignobilibus dñentur: vt cernimus. Rñdek fm Rich. de media villa. sup. ij. sententiarū dis. vlti. q. ij. arti. ij. Concor. Bonauentura. q̄ potestas p̄sidendi vel dñandi triplic̄iter potest accipi. Uno modo largissime ꝓut aliqs dicit dñs rei illius qua potest ad libitum vti. ⁊ tale dñium cōmune est statui nature institute ⁊ nature lapse et nature glorificate ⁊ excellentiori modo fuisset in statu innocentie q̄ꝫ in statu nature lapse. Hoc mō hō ꝺr dñs suarū possessionū siue mobiliū siue imobiliū q̄ꝺ fuisset in statu innocentie. in q̄ nō omnes homines fuissent pares in prudentia et bonitate: quilibet tñ homo habuisset tantū de prudentia et bonitate q̄ad sui ipsius regimen cū dei adiutorio sufficisset. Unde sicut in angelis est ordo et gradus fm excellentiam naturalium ⁊ vnus altero est dignior et nobilior: nō tamen vnus dominak alteri ꝓprie accipiendo dominiū: vt infra patebit. Ita hominī naturaliter conueniebat nobilitas in illo statu ⁊ dignitas: nō tamen dominū ꝓprie respectu hominis sz respectu alterius creature inferioris. Secūdo modo accipitur minus large dñium. scz pro potestate imperandi alq̄ homini. Et hoc fuisset in statu innocentie in viro respectu mulieris quia vt ait apostolus. i. Corint. xi. Uir est caput mulieris. ergo debuit p̄sidere ⁊ regere: vt caput corpus. fuisset etiam respectu prolis que obedire debuit parentibꝫ.

Tertio dñium accipitur ꝓprie: scz pro potestate cobercendi subditos contra eorum voluntatem eoꝝ vel inclinationem: et malos puniendi. et talis nō fuisset in statu innocentie: sicut nec erit in statu glorie. Huic dñationi ꝓprie correspondet seruitus et nobilitas que in hominibus introducta est ꝓpter peccatum fm Aug. vbi s. Hinc etiaz vt philosophus dicit: Homines intellectu ⁊ ratione vigentes naturaliter sunt aliorum rectores et domini. primo Politicoꝝ. Et per ꝫsequens tales debent esse virtuosiores respectu subditorū. Nam homo cum esset in honore quia nō intellexit ꝓpterea cōparatus est iumētis ⁊c. dicēte ps. ⁊ iō ꝺr tāq̄ iumētū regi ab hoīe ꝓtuoso. Cūm aūt btā ꝟgo maria fuit virtuosissima. In ꝓtute aūt veracissime ꝫsistit nobilitas ⁊ pncipali⁹ q̄ꝫ in ptāte dñij: ⁊ i diuitijs q̄ sūt seq̄la īgenuitatis. Iō seq̄k q̄ maria fuerit pfectissime nobilissima.

Capim. II. q mūdus totus amore beate marie a deo est pzeseruatus atq factus z nūc pseruat

Ecūda stella excellentia

q beate virginis ōz pseruatio. Nam beatissima ỹgo maria totū mūdū a pncipio creationis hūani generis vsq ad finē ouratiōis sue pseruauit z pseruat in esse. Immo dico q toti⁹ esse mūdi causa est btā ỹgo z eius filius z pcipue ꝓpter ipam ỹginē bñdictā ac eius natū deus creauit mūdū z dedit esse rebus. Hec autē declarant rōnib⁹ euidentibus.

Primo ex fine creationis pintento.

Secūdo ex pme puaricatiōis demerito.

Tertio ex ptinue offensionis incremēto

Primo q̄dē ex fine creationis pintento sic: Nam q̄ro ad quē finē de⁹ voluit creare mundū: pcipue rōnalem creaturā. Nō potes aliud dicere nisi em qō dicit mgr in. ij. sentē. dis. i. q ad laudandū deū z ad prici pādū bonitatē dei atq ad hñdā btitudinē eternā in deo. vñ Aug. in enchi. c. vi. z allegat a magistro vbi s. dicit sic: Credimus inq̄t rez creatarū celestiū z terrestriū visibiliū z inuisibiliū cām nō esse nisi bonitatez creatoris cuius tanta est bonitas vt sūme bonus bonitatis sue q̄ eternalr btūs ē alios velit esse pticipes: quā vidit z cōicari posse z minui oino nō posse. z infra. Fecit igit deus creaturā rōnalē q̄ sūmū bonū intelligeret: intelligendo amaret: z amando possideret: z possidendo frueretur eo. Et iterū mgr ibidē ait: Si querat inq̄t quare creat⁹ sit hō Breui em rñderi pt q ꝓpt bonitatē dei z ad laudandū deū ꝛc. Sed q̄ omiscies de⁹ nouerat ab eterno q a btitudie caderet rōnalis creatura z q abuteret oñib⁹ rebus mūdi ad vicia vt delinqueret in oib⁹ sicuti cernimus exprimentaliter Cū g̃ scierit de⁹ q mūdus totus in maligno ponēdus fuerat sicut z positus ē teste scriptura. i. Joh. ij. z ruiturus erat a fine. i. a btitudine audeo dicere q nō creasset de⁹ mūdū nisi puidisset ipm repandū p xpm ac eius mrem z saluandū qm dicente aristo. ij. phico. Deus z natura nihil facit frustra. Frustra aūt est qō nō attingit suū finē. Et sic mūdus creatus: si nō fuisset pordinatus reparī post ruinā: frustra fuisset factus: q̄ suū finē. i. btitudinē nō attigisset Quē q̄dez finē beatitudinis attigit z adeptus ē p xpm z eius mrez. Vñ audacter loquor q nō nisi ꝓpt xpm potissime eiusq gtiosam matrē deus dedit esse rebus z creauit mundū. Proinde sicut canit ecclesia ipsa b. ỹgo gtiando ait Prouer. viij. Dñs possedit me in initio viaꝝ suaꝝ anteq̄ q̄cq̄ faceret a pncipio. s. me puidendo. ideo sequit Ab eterno ordinata sum z ex anti q̄s anteq̄ terra fieret. Necdū erant abyssi z ego iam ꝛcepta erā. necdū fontes aquarū erup. ꝛc. Et infra. Cū eo erā cuncta cōponens ꝛc. q. insinuet q oīa sunt creata pcipue ꝓpter ipsam virginē p quā erat mūdus pordinatus reparī. Oīa g̃ obligant beate virgini Marie deseruire merito: q̄ nil creatū fuisset nisi mundū p xpm z ei⁹ matrē repandum: diuina puidisset potentia z clementia. Secundo declarat ex pme puaricatōnis demerito. Constat em q pmi pentes gñis hūani ex transgressione meruerūt nō solū mortis sz z ānichilationis exterminiū: q̄ tā grauis fuit eoꝝ puaricatio qua totū genus boim pemerūt q totus mūd⁹ satisfacere nō poterat: z q ꝛtra infinitū bonū deū peccauerūt ānihilationem demeruerūt teste Anſ. li. ij. Cur deus hō. Et certe diuina vltio q̄ psonarū acceptionē ignorat sicut nec culpā angeli cam: sic nec hūanam dimisisset impunem Quare g̃ boī pepcit de⁹ vt eternaliter eū nō pjiceret nec vt demerebat redigeret in nihilū: nisi ꝓpt pcipuā reuerentiā z singulariss̄imā dilectōz quā hūit ad ỹginē btissimā: q̄ eam sup oēs creaturas deo nō vniēdas pdilexit. Elegit em eā deus z pelegit teste ps. Indulsit itaq deus pmis pentibus: nec eos annihilauit ꝓpter virginē ex qua decreuerat xpm hūanandū z boiem liberandū misericorditer. Et si nō fuisset exorta beata virgo: nec xps carnē sumpsisset nec pati em sola di uinitatē potuisset: et p ons hō nūq̄ saluat⁹ fuisset. Ergo ꝓpter istā nobilē creaturā. i. beatā virginē mariam deus saluauit pmos pentes de prima puaricatione. Et ꝓpter ipam deus q̄ dixit Penitet me fecisse boiem: z hoc ꝓpt boīs

maliciam siue culpā cōmissam alijs omi/bus diluuio submersis pepcit Noe et ei⁹ filijs cū vxoribus suis Gen. viij. Ipsos p/seruando: sic vt beata virgo et ex ea xpus oriar in mūdo. Vñ notant deus ait: Pe/nitet me. i. penā tenere oportet: q penite/re est penā tenere: qđ fecit dei filius in sua passione p peccato hois. Itē pter beatā virginē pseruauit deus Abraam a cede q tuor regū Gen. xiiij. Et Isaac ab Ismaele Gen. xxj. Et iacob ab esau Gen. xxvij. Et iudaicū pplm a manu pharaonis t in ma/ri rubro Exo. xiiij. ac diuersor regū tyrā/nor: t de captiuitate babylonis. Et vt bre/ui ꝓmone copbendā oēs liberationes t in dulgentias factas in veteri testamēto nō ambigo deū fecisse nisi solū pter benedi/cte ꝟginis reuerentiā t amorē quib⁹ eam deus pbonorandā in cunctis suis opibus ab eterno ꝓordinauit. Hec sanctus Ber.

Tertio declarat ex ꝓtinue offensionis t iniquitatis incremēto. Nam cū ꝓtinue in mūdo accrescant mala iniq̄tates t pec cata. Credis ne quare parcit nunc mūdo ipe deus qui olim etiā multo bis minora peccata acrius puniuit: put in veteri testa mento legit q vicz sodomitas submersit: totū mundū diluuio deleuit p esu t ꝓcu/piscentia carnis in deserto: filios isrl. xxiij milia occidit. Et p mltis alijs similib⁹ le gimus filios israel acriter puniuisse: imo oēm gentē israeliticā pdictam p offensis t legis puaricationib⁹ de terra promissiois pdidisse compimus. Quō credere pores q nūc acerbius mūdū nō flagellaret t nō exterminaret cū videamus multo pnunc abūdare grauiora in mūdo petā. Et certe ipe malignus mūdus q̄to etate crescit tā to malicia decrescit: vt testat Hiero. in te/stamēto. Sz pfecto quicq̄d deus pcit mū do t q̄ntūcūq diuti⁹ vt ꝓuertat expectat misericorditer t pseruat in esse: nec tā ci/to finē imponit eidē cū demerear. Totum hoc facit pter b. ꝟginē t eius merita: ad uocationis q̄ intercessionē: pter quā ꝓser uat in esse. Vñ Fulgētius. iij. Wicholo/gia q ait: Celuz t terra iam dudū ruissent si nō maria pcib⁹ sustentasset. Propter qđ ipsa b. ꝟgo figurat p arcū celi: de q̄ scribit Gen. ix. Ponā arcū meum in nubib⁹. t erit signū federis inter me t terram. Cūq̄ ob duxero nubib⁹ celū: apparebit arcus me⁹ in nubib⁹ t recordabor federis mei: vt nō deleam vniuersam terrā. Mirū sicut ar cus est inclinatus: ita deus p ꝟginem ad nos est misericorditer inclinatus: adeo q quēadmodū arcus celi cū p ethera disten/dit iam die illa nulla intemperies nocere ostendit: nullaq̄ tonitrua comitant: teste cōmentatore in de impssiō ib⁹ aeris sup li. i. Methеororum. Sic b. ꝟgo coram deo p nob interuentrix apparens q̄ est mediatrix in/ter deū t terram. i. hoies t aduocata: miti gat dei iram: ne deleat vniuersam terrā: re cordatus federis sui facti cū genere hūa/no: qm̄ naturā hūanā suo filio ex virgine copulauit vt deus fieret homo &c. Hinc t Bern. Nemo inquit o dña tā idoneus q̄ gladio se obꝟciat p nobis vt tu amantissi ma mr dei p quā pmā suscepimus miseri cordiā de manu dei nostri. Hec ille. Et ad id valet reuelatio q̄ habet in legenda sancti dñici q cū instarent sancti dñicus t franciscꝰ p confirmatiōe ordinū suor apud papaz in oratione positi videre xpm in aere tres lanceas tenentē t ꝓtra mūdū vibran tē di. Ecce totus mūdus trib⁹ vitijs plen⁹ ē. s. superbia: auaricia: t luxuria. Et ideo de bis trib⁹ lanceis volo ꝓmere. Cūq̄ veloci/ter b. mater ꝟgo accurrēdo ad genua p cidit: vt misereret mūdo petijt exponēdo q̄ hos duos fideles scz sctm dñicum t san ctū frāciscū ad expugnāda dicta vitia mit teret: t sic dns placatus ē. Ecce q̄ptz q b. ꝟgo ē ꝓseruatrix seculi in esse. t ideo oms ei tenent deuote gras agere t fuire.

Cap⁹m. iij. de stella. i. ꝓuilegio nobilissimi atq̄ precellentissimi meriti beate marie.

Tertia stella dicitur t meritū: q̄ b. virgo maria plus q̄ oīs creatura angelica vel hūana meruit in oīb⁹ suis actib⁹ t motibus. Ipa ꝓportionabiliter pmeruit vnico ꝓsensu suo in filij dei ꝓceptiōe: cū ait: Ecce ancil/la dñi fiat mihi sm ꝟbū tuū &c. Luc. i. Et ptz sm s. Bern. vbi s. q̄ oēs alij nō potue rūt amplius pmereri nisi sm diuersos sta

Hinc Bernardus ſup miſſus eſt dicit: O qui te intelligis in hui⁹ ſeculi pfluuio inter ꝓcellas et tempeſtates fluctuare ne auertas oculos a fulgore huius ſideris. id eſt marie ſi non vis obrui ꝓcellis. ſi ingurgūt venti temptationū. ſi incurras ſcopulos tribulationum reſpice hanc ſtellaz inuoca mariam. ſi iracundia aut auaricia ſi carnis illecebra nauiculam concuſſerit mentis reſpice ad mariā. ſi criminū ima nitate turbatus: iudicij terrore concuſſus baratro incipias abſorberi ⁊ deſperationis abyſſo: reſpice mariaz: in periculis: in anguſtijs mariam cogita: mariam inuoca. Et infra Jpam cogitās non erras: ipſa tenente non corruis: ipſa ꝓtegente non metuis: ipſa duce non fatigaris: ipſa ꝓpitia peruenies: ſcilicet ad portum ſalutis. Hec ille. Secūda ratio quia beata maria mater gr̄ie ⁊ regina miſericordie atq̄ mater ſalutis eterne appellat. vt canit eccleſia. Propterea Anſelmus li. miraculorum dicit ſic: O felix maria ſicut omis peccator a te auerſus ⁊ a te deſpectus neceſſe eſt vt intereat: ita omnis peccator ad te cōuerſus ⁊ a te reſpect⁹ impoſſibile eſt vt pereat. Hec ille. ergo ſequitur ꝓpoſitū.

Tertia ratio quia beata maria aduocata noſtra dicitur Et ideo Bernardus ſuper miſſus eſt dicit: O homo ſecurum habes acceſſum ad deum vbi mater ſtat ante filium ⁊ filiꝰ ante patrē: mr̄ oſtendit filio pectus et vbera. Filius oſtendit patri latus ⁊ vulnera. nulla ergo poterit eē repulſa vbi tot ꝯcurrunt amoris inſignia Hec ille. Si ergo nulla poteſt eſſe repulſa ergo ſequit q̄ ſeruire marie eſt certiſſimum ſignū ſalutis eterne conſequende. Tertio oſtenditur concluſio pretacta ex miraculis ⁊ reuelationibus. Nam refert Anſhelmus in libro miraculoz. Et hoc idem narratur etiā in libro qui intitulatur ſcala celi. q̄ quidam fuit princeps latronum qui quodam ſabbato cum veniſſet ad domū cuiuſdā mulieris pauꝑis vidit ieiunātes filias mulieris ⁊ etiam ipam mulierē et requiſiuit cur die ſabbati ieiunarēt A

illa respondit quia didici inquit a quodã sancto viro predicante q quincunq; ieiunat ob deuotionem beate marie in sabbatis merebitur confessionem facere in articulo mortis et non decedet sine gratia vere penitentie atq; damnationem euadet.

Tunc ille latro ait Et ego voueo beate virgini q ꝯdiu vixero diem sabbati ieiunabo qꝺ cum fecisset continue. Accidit post multos annos vt iste latro caperꝫ in scelere z sine dilatiõe decapitarꝫ ẽ. Ecce miꝫ ipm caput ꝑcisum cepit clamare cõtinue z dicere: Cõfessionẽ: cõfessionẽ: confessionẽ. Stupefacti homies q aderãt ad villã miserũt p sacerdote. Qui veniẽs caput ipm vniuit corpi z tũc latro ait: Hoc bonũ ad reuerentiã btẽ ꝟginis inqt feci i vita vt ieiunarẽ sabbatis. Et dũ facta de capitatione diaboli vellent rapere animã meã: affuit btã ꝟgo q aiaz meã nõ pmisit exire de corpore meo quousq; ꝓfitꝰ sim plene z ꝓfessus vt dãnationem euadere valeam z sic confessis omnibus peccatis suis ac postulatis deuote suffragijs mortuꝰ est. Porro homies hec videntes magnificauerunt deũ z laudauerũt christi clemẽtiã in btã maria virgine Ad idem facit miracl'm descriptũ de quodã Stephano iudice li. ix. p. ij. ar. iij. ℌ. penultio. Et sil'ia habes multa pte vltia huiꝰ libri Item miraculũ de quodã sacerdote in pago gallicano qꝺ scriptũ est li. iiij. p. i. ar. iij. in fine zẽ. Pla etiã alia miracla idipm attestãtia referũt a sanctis patribꝫ pstinis temporibus facta Sed qm manus domini non est abbreuiata his etiam nostris temporibus certa acciderunt miracula ad id fidẽ facientia Nimiꝫ fidedignis viris qui affuerunt z viderunt referentibꝰ didici q cum ad partes transalpinas Impator sigismundus bellando accessisset ꝓtigit in ibi quendam militem cecidisse. Post multos autem annos cum iterato idem imperator partes ad illas cum exercitu accessisset. Ecce omnibus audientibꝫ vox quasi fletus scz ac lugubris sibillationis cepit insonare. Cunq; cuncti quid nã foret mirarent' de mãdato impatoris ceperunt inquirere inter vepres siluasq; z lucos circũadiacentes. Et ecce repererũt qꝺã cadauer iacere in qꝺã rubo putrefactũ adꝺo q increscentes iunci z spine vepriũ ipm q trãsiendo penetrauerãt z ex illo cadauere sonus ille flebilis audiebat' resonare Vñ clara voce ait astantibꝫ z qꝺ foret ꝙquirẽtibus dicẽs: Hẽtis ne pbyterꝫ cui ꝓfitear afferte mihi domini Ego em iã añ annos plꝰes i bello Sigismũdi impatoris miles affui z in hoc loco pugne corrui. sed qm beate marie in vita mea semp deuote seruiui. Ideo eius meritis fauẽtibꝫ id mihi a deo ꝓcessum ẽ z donatũ mi ficorditer ne aia mea e corpe isto iã pene cõsũpto z tha befacto dissolueret' vt dãnatoꝝ eternã euaderẽ. Vñ tota aia mea i me tenet' nec mori possũ donec plene ꝓfitear. qꝝ hẽo dãnabilia crimia q ꝓmiserã. Et p veritate huius ꝓfirmãda mox vt ꝓfessus fuero a flebili sibillo hoc meũ cadauer cessabit: aniã dissoluta que vsq; modo miraculose est p virginem beatã retenta Tunc obtulerũt ei sacerdotẽ z facta cõfessione ac absoluti one mox resoluta aia vocis illiꝰ sonus cessauit. z tũc taz impator ꝯ oẽs qui aderãt deũ z beatã mariã laudauerũt. Ecce ergo miraculũ Item vidi quendam oculi virũ qui fide mediante asseruit se fuisse vna cũ duobꝫ socijs nauigantibꝰ et aquis subintrantibus in medio flumine ꝺ anubij sb mersum Alijsq; natãdo euadentibꝫ ipe solus in profundum descendit: eo q natare ignorauit. Et eidem in profundo facta ẽ vox di. O homo ecce mori deberes z quia peccata habes dãnabilia deberes damnari. Sed exquo seruiuisti beate marie matri dei en donatum est tibi vt libereris et peccata confitearis. Cunq; sui socij enatãtes in villa ꝓpe existente appreciatos piscatores adduxissent qui hunc quez credebant suffocatum in flumine requirerent. Luz tribus illum diebus quesiuissent nec reperissent. z iã vellent abire Ecce illis videntibus de profundo fluminis ad ripaz homo conscendit z gesta narrauit. Atq; mox ad ꝓfessionẽ faciendam ad me deuenit. Patet ergo quoniam qui beate marie seruit: saltem in morte ad penitentiam et confessionem faciendaz dabitur ei gratia ac damnationem euadendo perueniet ad regna celestia.

Articulus secundus qualiter debet homo seruiendo recurrere ad beatam mariam.

Circa secundū mi-
cterium scz qualitatis vbi inuestigabimus qualiter hō debet recurrere ad btām mariā et eidem deseruire studeat: vt securior et certior de salute p btām mariā impetrāda fieri valeat. Circa qō nota q ad h quatuor pcipue ꝺditiones concurrunt.

Prima conditio fidelitatis
Secunda dicit puritatis
Tertia dicit veritatis
Quarta dicit gratiositatis

Prima inq ꝺditio fidelitatis vt scz seruitia et cultus honoris exhibeant btē marie in fide catholica. quia teste ap'lo Heb. xi. Sine fide impossibile est placere deo z per cōsequens eius matri marie. Credere em oportet accedentē ad deū quia est z inquirentib se remunerator. Hec ibi. Ūñ hereticī z scismatici z quicq aberrantes a fide catholica gratū seruitiū z saluti ferūz beate marie non exhibent. Propter quod Aug⁹. de fide ad petrū. vt habet extra. de hereticis ca. firmissime. dicit sic: Omi homini qui ecclie catholice nō tenet vnitatē neq baptismus neq elemosina quantūlibet copiosa. neq mors p noīe xpi suscepta proficere poterit ad salutem. Hec ille.

Scōa cōditio dicit puritatis: vt. s. seruitia exhibita beate marie sint pura z mūda a peccato mortali. Cū em ipa ꝟgo btā sit mundissima ab omī pctō nō nisi mūdorū amat seruitia. Ūñ ps. Ambulās i via imaculata hic mihi ministrabat: scz grato obsequio. Propterea q sunt i ꝓposito vel actu peccādi vonūt sibi obstaculū vt beata maria p eis: sicut z alij sancti p talib nō obtineant. iuxta illud Hiere. xv. Si steterit moyses et samuel corā me non est anīa mea ad pplm istum. Et Esa. lix. Ecce nō est abbreuiata manus dñi scz z dñe. vt saluare nequeat neq aggrauata ē auris ei⁹ vt non exaudiat sed iniquitates vre z peccata vestra absconderunt faciē eius a vob ne exaudiret Hec ibi. Desine g o bō peccare Tertia dicit veritatis Ñā Greg⁹. sup illud Jo. viij. Quis ex vobis arguet zc. dicit sic: Qui deū nesciūt dei sctōs false honorāt vera em sanctoz veneratio ē vera ipoz imitatio. Hec ille. Proinde Hieronym⁹ in sermone de assūptiōe dicit sic: Jgit dilectissime amate mariā quā colitis et colite quā amatis qz tūc eā vere colitis et amatis si imitari velitis ex toto corde quā laudatis. Hec Hiero⁹. Vere g debemus beate marie seruire imitādo eius castitatē z humilitatē atq ceteras virtutes.

Quarta dicit cōditio gratiositatis vt scz seruitia gratiosa exhibeamus. Charitas aūt facit obsequia nra gratiosa. Ūñ. i. Cor. xiij. Si distribuero oēs facult. mī ci. paupe et si tradidero corpus meum ita vt ard. charī. autē nō habuero nil sūt zc. Proinde orat eccl'ia. Dignare me laudare te scz in gratia virgo sacrata da mihi ꝟtutē ꝓtra ho. tuos zc. i. ꝓtra demōes q nitūt in nob charitatē gratuitaz extinguere. Sz querit. Quibus modis debeat hō beate virgini deseruire Ñdet q licz sint mlti et varij modi colēdi btāz mariā z ei deseruiendi. tamen ꝓpter simpliciores hic notare possum⁹ alios modos pcipuos q̄b leguntur plimi etiā miraculose virgis btē suffragia obtinuisse. Primus modus est tempe pulsus vel signi facti sero z mane p salutatione angelica quotidie beatā virginē salutare genuflexo. Ubi queritur quare eccl'ia ꝓsuevit sero quolibet et mane signare ad aue maria. Ñdetur q hui⁹ vna ratio est. quia in sero diei putat angel⁹ ꝟginē saluta sse. Et durāte scō dialogo inter virginē z gabrielem angelū nocte media xpm ꝓcepisse. Unde mane fit signū p denunciatiōe gaudij incarnationis diuine tā facte. Alia ratio vt p beate ꝟginis merita die z nocte custodiamur ab hoste z mīam de peccatis ꝓsequamur: vt si eo die mori nos ꝓtigerit ab ea suscipiamur. Ūñ canit eccl'ia. Maria mater gratie mī mie tu nos zc. Tertia rō vt si q bona die vel nocte fecim⁹ per man⁹ virgineas filio accepti⁹ reddant. Quarta vt eius meritis a pctis cūctis liberemur Unde in sero ad cōpletoriuz canit eccl'ia Sub tuū plidiū ꝓfu. zc. Ad qō narrat

magiſter Johes Nider in ꝓmõe de annũ/ciatione ſe vidiſſe in publico inſtrumento lre autẽtice: q̃ ſez in Auinione duo ſunt iudicati ad cremandũ. Accenſo aũt igne in vigilia annũciatiõis marie vnus eoꝝ crebro ꝙginez inuocabat innuens obſeq̃a ſibi ꝑſtita. Et ecce ille vinculis tm̃ ab igne ꝙſumptꝫ: veſtib⁹ t corpe illeſus ſolut⁹ exiliuit ſocio ꝙcremato totaliter: reiectus in ignẽ inuſtus exiliuit vt ꝓus. Sicq̃ cũ laude ad eccl̃iam b. ꝙginis eſt ductus. t tunc papa Johes. xxij. ſtatuit ſero ter fieri pulſum cãpane t indulſit vt quicũq̃ ad pulſum ter geniculando tria Aue maria dixerit viginti dies indulgẽtie habeat. Secũdus mod⁹ ꝓuiẽdi marie ẽ ieiunare dies deputatas b. marie ꝙgini: ſ. dies ſabbati t vigilias feſtiuitatũ ipius ꝙginis. vñ legit in ꝓmtuario exẽploꝝ q̃ ꝗdam ꝑdo oñi vitioꝝ ſpurcicia plenus. ſic ieiunia b. ꝙginis ꝙtinuãdo cũ foret ꝓpe mortẽ ꝙſtitutus vidit q̃ b. maria flexis genib⁹ coꝝ ſuo filio rogauit nec dimiſit donec impetrauit iſti vere penitentie infuſionẽ: vt vãnationem euaderet. Tertius modus ꝓuiendi eſt q̃tidie ſalutare b. ꝙginẽ angelica ſalutatione ꝓ ſuis gaudijs q̃ habuit in terra t habet nunc in celo gl̃oſa. Nam in marialimagno habet. t etiam Anſ. ſcribit q̃ quidã cleric⁹ hec faciens cũ ad mortẽ pueniſſet t plꝰmuz timeret apparuit ei b. maria d. Quid times cũ mihi q̃tidie gaudia nũciaſti: Ego defendã te t intercedo ꝓ te t ꝓ ꝙſiliter deuotis meis. Quartus mod⁹ q̃tidie recolere cõpaſſiones marie t ꝓ eis ipſam ſalutando exorare. Nam legit in libro reuelationũ ſancte Elizabeth q̃ b. maria reuelauit q̃ quicũq̃ ꝑ cõpaſſionis dolores ipſam inuocaret verã pniam ſibi impetraret. Quintus modus abſtinere a peccato in dieb⁹ marie. i. ſabbatis t feſtis eius. Nã legit de q̃dã meretrice q̃ abſtinebat ſe ꝑdictis dieb⁹ ob deuotionẽ marie t circa mortẽ ipſius meritis obtinuit veraz ꝙtritionẽ. Sextus modus ẽ deuoti⁹ inſiſtere laudib⁹ b. marie: vt ſez miſſas t officia aut ꝑdicationes de b. ꝙgine libent̃ dicat vel audiat: de hoc hẽs exẽplũ hui⁹ libri ꝑte vlti. ca. x. miraculo ꝓmo. Vñ t ſanctus Berñ. dicit: Nil ita me delectat ſicut deb. maria ꝓmonem audire t eius laudibus inſiſtere: q̃ t ꝓmeruit ad gr̃am maxie ſanctitatis puenire. Septimus mod⁹ ẽ nomen marie honorare. vt cũ noiaꝝ capite inclinato vel genuflexo veneremur: t ꝑ eius noiẽ petentib⁹ miam ꝑpendamus. vñ de ℌ hẽs pulchꝝ exẽplũ li. vi. ꝑte. i. arti. iij. circa. ℌ. decie vtilitatꝫ. t etiã li. v. in fine ſe cũde ꝑtis ipſius. Octauus modus fabricam eccl̃ie t ad eccl̃iam ꝑtinẽtia in honorem ꝙginis facere: ſez altare vel capellã edificare t imagines ꝙginis ſolẽniter depingere t ornare lucernas. t lãpades aꝛgꝫ veſtes ſacerdotales ꝓ honore b. ꝙginis facere. Nã valde ẽ vtile talia in ciuitatib⁹ facere: q̃ b. virgo erit ſpecialis ꝑſona t ꝑtectrix talis ciuitatis vl̃ ville. Ad hoc facit miraculũ in ℌ libro ꝑte vltꝛ. ca. i. in ꝓn. vñ t Johi patricio vbis rome appens b. virgo dixit: ſcire te volo vt vt dñ mihi eccl̃iaz in terra ꝙſtruxeris. ego tibi in celis copioſum theſaurũ t eternã ꝙſtruã mãſionẽ t̃

Articls III q̃ XII rões confortãt hoiem ĩ ſpe cõfugiẽdi ad mariã

Jrca tertium miſterium. ſ. ꝙfortabilitatis. Nota q̃ iuxta nũeꝝ xij. ſtellarũ in corona b. virginis deſcriptaꝝ Apoc. xij. enumerare poſſumus. xij. rõnes tanq̃ xij. ſtellas q̃ quidem bñt ꝙfortare oẽm pctõrẽ in ſpe ſciendo ex his: q̃ b. ꝙgo ꝙfugibilib⁹ t ſibi fuiẽtib⁹ famlis indubitant auxiliat̃ ꝑcipue in hora mortis: t diuidi ꝑnt in tres q̃ternarios quoꝝ ꝓmus ex ꝑte dei: ſcõs ex ꝑte ꝙginis. tertius ex ꝑte hoim accipi põt: vt ꝑz intuenti in hac diuiſione.

Prima ratio cauſalis electionis.
Scõa diuinalis cõmunionis.
Tertia ſupnalis repletionis.
Quarta filialis cõmendationis.
Quinta rõ ꝓncipationis.
Sexta rõ mediationis.
Septima ratio aduocationis.
Octaua ratio inuentionis.
Nona ꝑcioſe redemptionis
Decima materne affectionis.
Undecima ꝑceptorie obligationis
Duodecima ꝑfiſſime inuitationis

Prima itaq; stella dicit ratio causalis electionis: quia ipsa b. maria ꝓpter peccatores est electa in matrē dei qm dns ihesus ꝓpter peccatores venit in hunc mūdū ipo teste Luc. v. igit ipsa b. maria quodāmō tenet nobis in recōpensam tanti beneficij a deo accepti p nobis vel cā nri. Declarat sic: Nam quero si primi pentes nō peccassent vtq; deus incarnand⁹ fuisset. Ad hoc quesitū plimi doctores dixerūt q de⁹ nō fuisset incarnand⁹ si hō nō peccassz. Si g̃ tu hoc tenes habeo ꝓpositū q; scz b. maria nō fuisz electa p incarnatōe dīna vt foret mr dei si hō nō peccasset. et p dns ipsa tenet pcōrib⁹ miam exhibere, p beneficio electiōis occasione eoq; accepto. Sed qm nri doctores tenent cū scoto sup. iij. sen. dicētes: q; etiā si hō nō peccasset. nihilominus de⁹ incarnatus fuisset ex ỽgine: cuius rō potissima est: q; deus ab eterno p̄destinauit xpm et p̄ordinauit aiam eius. i. xpi ad gloriam summā vnionis scz diuine: et etiam ab eterno p̄uidit adam et eius casum. Si ergo p̄destinatus et p̄uisus esset xp̄us solū ꝓpter hoc: q; adam erat casurus sequeret absurdissimū q; aia xpi gaudiū haberet ō lapsu ade. Itez deus ab eterno p̄uidit humanā naturā sic diligendā et exaltandam in xpo: sed non minus debuit diligi a deo hūana natura ante casum q̄ post ergo etc. Tunc isto p̄suppositio nihilominus offensio homis fuit occasio maximi meriti et p̄mij ac gr̃ie b. ỽginis: quia si hō nō peccasset tot merita b. ỽgo nō acquisiuisset: sicut nūc habet xpm balneādo: lactādo et in cōpatiendo martyriū sustinuit q; nō fuissent si hō nō peccasset cū nullus xpm occidisz in paradiso: nisi em̄ hō lapsus et redimēdus esset xp̄s carnem passibilem sm doctores sup. iij. nō assumpsisset: sed impassibilē etc. Vnde maria tenet nobis ex iure: qm vt notat extra de iniurijs et damno dato. ca. si culpa. Qui occasionē damni dat damnuz dedisse videt. ergo a cōtrario. Qui occasionē beneficij dat ipm beneficiū dedisse videtur. Et quia occasio beneficij electōnis Marie est peccator homo igit etc. Hinc Anſ. Dultum inquit maria hominibus tenet ꝓpter quos ipsa dei mater est electa: et homines multū ei tenent: q; p eam sunt deo reconciliati. Hec ille. Secūda stella siue ratio dicit diuinalis cōionis: quia vicz ipa ỽgo brissima sume cōicauit ꝓprietatem dine misericordie p alijs creaturis eo q; est deo ꝓxima p omnib⁹ et ꝓiunctissima. Sicut ergo teste ps. Suauis dns et miserationes eius sup oīa opa eius. Et eccl̄ia attestante. Deo ꝓpriū est misereri sp et pcere. Ita matris dei est ꝓpriū q; sit regina misericordie et pietatis: in qua pater misericordiaz et deus totius ꝓsolatiōis fons pietatis infinite requieuit: et ipi ỽgini marie diuine bonitatis pietatē cōicauit. Juxta illud Esa. xxvi. Preparabit in mia solitū dei. i. btā mater vt sicut in ipsa misericorditer et totaliter requieuit. Ita ex solio misericordie eius effluat mia et pietas in oēs Ulī Bern̄. in ꝑmone q̄ incipit In lectōne ait: Quid mirū si pietatez exhibent viscera marie. Hōne qui pomū in manu sua tenuerit dimidia die: reliqua diei pte pomi seruabit odorē. Quātū g̃ viscera illius ỽginis virtus pietatis affecit in q̄b. ix. mēsibus req̄uit etc. Hec ille. Secure g̃ charissime accedere potes ad ipsam q̄ regina est et mater mie. Tertia rō supnalis repletionis: q; cū ipa b. ỽgo sit plena gr̃a teste angelo Luc. i. sequit q; et plena sit mia et pietate. eo q; pietas est effectus gr̃e et donū. ss. Ideo Orige. in q̄dam ꝑmone. Scio inquit q; si b. ỽgo ꝓpulsata fuerit necessitati nūq̄ deerit. Misericors em̄ est et plena gr̃a: et ideo ꝓtinere se nō poterit q̄n misereatur inuocanti. Hec ille. Hinc et Bern̄. Vas liquore plenū: si quō moueat de facili effundit liquorē. Sic b. ỽgo si quō moueat pcib⁹ effundit gr̃am et miam. Idem maria inquit ante ꝓceptionē plena gr̃a ab angelo nūciat vt sibi plena. tandem etiam nobis fieret plena etc. Quia g̃ b. ỽgo super no munere gr̃e et mie ac pietatis est plena Et q; plenū est ꝑm ꝑbm. iij. ꝑbicoꝝ cui⁹ nulla ps est vacua. igitur secure accurrere possumus vt de plenitudine eius miam et gr̃am hauriamus pcōres etc. Quarta rō filialis cōmendationis: q; vicz filius dei dns ihesus marie natus nos oēs sue matri ỽgini marie cōmendauit circa horā mor-

tis quasi in testamēto finali legando ⁊ cō mittendo ipsam fore debere nostrā adiu/ tricē matrē: cū Johī ait: Ecce mater tua. ⁊ matri: Ecce inquit filius tuus. Joh. xix Nam licz ad lr̄am ꝓtunc loquebat de Jo hānis cōmendatione. Tñ spūaliter ꝑm sa cros doctores accipiunt hec ꝟba de omni bus ad gr̄am ꝯfugientib⁹: qz Johes inter ꝓtas gr̄a vel in quo est gratia vt oīm taliū mater sit maria. Hinc Bern̄. in quadam omelia sup̄ euāgelio: Stabat iuxta crucē ⁊c. dicit sic: Nos frēs charissimi simus di scipuli stātes iuxta crucē ihesu: vt vnusq̄sq̄ nostrū mereat audire a ihesu: Ecce mr̄ tua sez illa beatissima maria. O verbū omni acceptione dignū. Si em̄ maria est mr̄ no stra: g̃ ihesus est frater noster. ergo ⁊ pater eius celestis est pater noster. g̃ regnū eius est hereditas nr̄a. Hec ille. Et sic ꝓz ꝙ ꝑse cure ad mariā possum⁹ accedere. Qui/ ta ratio ꝓncipationis: quia ipsa beata vir go ē regina dña ⁊ ꝓnceps nostra. Cum g̃ videmus qz null⁹ dñs aut dña suas oues i. sibi subditos volūtarie tradat inimico. sicut nec pastor oues sibi cōmissas velit da re lupo. Quō g̃ credis ꝙ nos boies pecca tores beata dña nr̄a maria velit ꝓmittere infernali lupo. i. diabolo: dī vtiq⁹ ⁊ suo ini mico nisi forsitan ouis errās nolit redire ad caulā. i. ad pr̄iaz. s. p pn̄iam. vñ ipso iu re ꝓncipationis tenet nobis dña subueni re ⁊ pregere ne peamus qm̄ dicente salua tore Joh. x. Bonus pastor aiam suam po nit ꝓ ouib⁹ suis. Jdeo cū fuerit requisita a pctōre debet mīam ⁊ gr̄am impetrare: et dine vindicte ne feriat se obijcere. Unde Bern̄. Nō est inquit fas te o dña posse de serere q̄ spem ponit in te. Sexta rō me/ diationis: qz ipa b. ꝟgo est mediatrix salu tis nr̄e. Bern̄. Felix mediatrix maria que viris ⁊ mulieribus salutis antidorū ꝓpina/ uit. Nota autē ꝙ in aliquo mediatore pōt quis sperare effectum rei disponende per ipm̄ ex tribus ꝯditionibus. vicz

Primo si talis hz magnū posse.

Secūdo si habet prudenter scire.

Tertio si habet fideliter velle.

Sed qm̄ hec oīa ⁊ singula ꝓmaxime inueniunt in hac mediatrice maria. g̃ seq̄ tur ꝙ indubitanter ꝓ ipsam effici valet nr̄a salus. ⁊ dcd optamus. Primo inq̄ qz maria hz maximū posse in curia celestis regis. Tū ꝓpter gentelā ⁊ cognationē: qz est mr̄ regis: ⁊ iō nil ei pōt denegare. Ju/ xta illud. iij. Regū. ij. Pete mr̄ q̄nis neq̄ em̄ fas ē vt auertā faciē meā. Tū etiā ꝓpt cōplacentiā ⁊ dilectionē: qz ipa b. ꝟgo ꝓ oī bus beatis ⁊ creaturis diligit a rege xp̄o.

Tū deniq⁹ ꝓpter obsequia ⁊ fuicioꝝ ex/ hibitionē: qz cū apud regē aliquē multuz pñt ⁊ merent q̄ multa fuerūt sibi: sed ma ria sup̄ oīs gratissima ⁊ plima fuitia im pendit xp̄o. Hinc Anſ. de cōcep. ꝟginali ca. xv. dicit: Scimus beatā ꝟginem tanti esse meriti ⁊ gr̄e apud deū: vt nil eoꝝ q̄ ve lit efficere possint aliqtenus effectu carere Hec ille. Fidenter g̃ ⁊ secure pōt hō ō eius mediatione sperare: qz oia pōt. Secūdo ipa beata ꝟgo hz sūmā prudentiā ⁊ sciaz vt pote illūinatissima: qz maria illūinata interptat ꝑm hiero. Et iō scit nr̄i misereri qz scit oīs defectus nr̄os ⁊ pricula ac ne/ cessitates. Scit insup̄ deū prudentissime inclinare ad mīam ⁊ recōciliare ac iram eius auertere. Propterea ipa figurata est p abigail q̄ scribit fore mulier prudentissi ma: ⁊ occurrit velociter ipi dauid irato cū muneribꝰ eiusq̄ irā mitigauit ⁊ prudenter placauit ne occideret Nabal pessimum. i. Regū. xxv. Nota aūt ꝙ ipa prudentissi ma abigail legitur. vi. genera muneꝝ ob/ tulisse dauid ira cōmoto. ⁊ sic cunctē pla/ care studuit. Primo obtulit panes. Se cūdo vini vtres. Tertio coctos arietes.

Quarto sata polente. i. mēsuras vl̄ mo/ dios acuratissime farine. Quinto ligatu/ras vue passe. Sexto massas caricarū. i. ficuū: ita spūal̄r hec prudētissima media/ trix ⁊ reconciliatrix nr̄a maria sex genera offert allegādo ⁊ intercedendo pro nobis apud christum qui significatur ꝑ dauid ⁊ depcando ne eterna morte nos pessimos peccatores occidat. Primo panem. i. carnem christi que est panis vite Johis vi. vnde intercedendo dicit vel dicere po/ test maria: Memento fili dilecte: quia carnem de me suscepisti quam multipli/ cibus passionib⁹ exposuisti ꝓpter peccato/ res. ideo miserere penitenti. Secundo offert vinū ꝑ qđ significat sanguis christi

quē effudit p nobis in cruce. Vñ ex vino sanguis xpi ꝙficit in calice. Tertio offert arietes coctos p quos significant fuitia marie in opib⁹ misericordie circa xpm exhibitis:alendo:portando:fouendo:baln/eando ꝛc. Nam aries misericordiā significat:qz sua q̄ habet.i.lanā:lac:z carnez in vsus hoim erogare habet. Et signant dr coctos arietes: qz oia seruitia marie erāt decocta igne dīni amoris. Quarto offert sata polente.i.dolorem z cōpassionē quaz sustinuit maria cum xpo. Sicut cū sata polente.i.farina accuratissima est multuz ꝙtrita z molita:ita totalr xpi vita fuit meroribꝫ attrita in xpi passione. Quinto offert ligaturas vue passe p qō significatur amoris dulcedo quo cor marie fuit alligatū z vnitū p affectū maternū ipi dulcissimo tesu. Sexto offert ficus p qō significat fides marie formata. Sicut em fic⁹ hz plura grana z dulcē humorē. Ita fides debet hre z habuit in maria mlta meritoria opa in dulcedine charitatis facta alis fides sine opib⁹ mortua est in homine Jaco.ij. Sic g̃ sapientissime maria p nobis p singula hec interceden do pōt z scit obtinere depcādo z di. Memēto dulcissime fili iesu:qz ego dedi tibi carnem z sanguinē quē effudisti i cruce p pctōribꝫ. Jtē memēto fuicioz meoz z xpi me saltē quesum mr misericordie miserere pctōri. Jtē memēto doloris z cōpassiōis mee sub cruce:necnon amoris quē habui ad te z fidei ac oīm meritoz meoruz: et ꝓpter me parce huic recurrenti ad me z speranti pctōri:in me. et certe quō credere potes q̄ mox xps eius bonus filius nō placetur taliter. Ecce ergo habet maria scire placare z posse.

Tertio q̄z hz fidē velle z optare ex ei⁹ indita diuitus pietate: vt nr̄i miserear. Id/circo Bern. ait: Non deest marie ptās: qz mr est oipotētie: Nec ipetrandi industria qz mater est sapie. nec volūtas:qz mater ē mie. Hec ille. Opria g̃ z securissima mediatrix est maria. Septima rō aduocationis. Omnis quippe hō ad suū aduocatū fidelissimū secure pōt in causa sua accedere. Beata virgo est aduocata nostra vt canit eccl'ia. Et certe hoc iure aduocationis teneř b. ꝙgo nobis in causa salutis ad esse fideliter:qz ois aduocatus ꝑm iura teneř diligenter causam coz tueri quoz est aduocatus z fideľr exequi suā aduocationē z ꝓcurationis officiū. vt ptz. iij. q. vij. §. si quis aūt. Et ar. extra de restib⁹ intimauit. C. de iudicijs. l. ꝓperandū. §. illo. Sic z maria nostra aduocata q̄ in causa nre salutis tā fideliter ꝓcurat q̄ peccatorē ꝙuersum ad ipam nō deseret q̄sq̄ deo ipm reconciliabit. Vñ Anſ. lib. orationū. O maria tu peccatorē toti mūdo despectū mr̄no affectu amplecteris: nec deseris quousq̄ deus p te placatus ipm sue gratie recuperabit. Hec ille. Octaua rō inuētionis: qz beata virgo est inuentrix gratie quā perdidit hō: ideo dixit angelus eidez Luc. i. Ne timeas maria inueniſti gratiā apud dñz. scz quā hūanū genus pdidit. Sz qm̄ de iure quādo quis aliquid pditum inuenit tenet ei cuius est restituere. xiij. q. v. c. si quid. Vbi dicit Aug. Si quid inueniſti z nō restituisti: rapuisti. ergo ipsa quodāmodo obligat nobis dare gratiam p̄cipue cum ex hoc ipsa nullum defectuz gratie patiat si nobis participat. Secure ergo ad eā debem⁹ ꝙfugere. Hinc Bern. Per te inquit o beatissima accessum habemus ad deuz que es genitrix vite: inuētrix gratie: copiosa charitas tua nostroz operit multitudinē peccatoz z gl'iosa fecunditas tua nobis fecunditatez parturit meritoz. Hec ille. Nona ratio p̄cioseˢ emptiōis. Mimirū quāto p̄cioſius aliq̄d emerit quis tanto eius curam diligentiꝰ gerit z puidet ne pereat. Sed qm̄ beata virgo emit nos z possedit dando p̄cioſissimū thesaurum pro nobis: scz corpus: sanguinem z animam filij sui ꝓpter quod ait apostolus. Empti estis precio magno: glorificate et portate deū in corpe vestro. Secure igit accede o hō scīēdo qz maria nō pōt tm̄ p̄ciū p nobis datū flingre i cassum vt scz nos pmittat pire. Si cū fideliter ad eā recurramus. Hic Bern. i omel. sup Strabat iuxta crucē dicit orando sic. Reduc queso o dulcissima dña ad memoriā qm̄ innocēs vnigenitus tuꝰ in oculis tuis ymolatus ē p nobis peccatoribꝫ. Noli ergo pia mater sperner e me ꝓpter euz q̄ amore mei nudus z laceratus pepēdit co/

ñā te vt redimeret me. Decima rō ma/
terne affectionis. qz cū beata virgo sit mr̄
nostra adoptata indubitanter nos vere di
ligit et nostram salutem optat efficaciter.
Hinc sanctus Ignacius in epla ad beatā
virginē ait: Nunc claude me in gremio
materne pietatis: tu mater sūme deitatis
vera mr̄ saluatoris: mater adoptata pec/
catoris Hec ille. De hac maternitate bea
te virginis patuit li. ix. p. ij. Undecima
ratio preceptorie obligationis. qz ipa bea
ta virgo obligata est adeo vt nos diligat
ex illo precepto: Diliges primū tuū sicut
teipm Matth. xxij. hoc est ad id qō teipm
id est ad gratiā z glīaz. Sz diceres qd
cure est brē virgini de nobis cuz ipsa sit in
celo glorificata Rñdeo q etiā pter illos
celestes beatos videt beata ꝥgo fore obli
gata ex dicto p̄cepto fraterne dilectōis vt
sc̄z illoz bonū promoueat in hoc q nos sal/
uat. p eo quia ipis beatis ex hoc gaudiuz
accidentale accrescit q nos pctōres p gra
tiam dei z eius matris merita saluamur.
Vñ Luc. xv. Gaudiū est angelis dei sup
vno pec. pniam agente. Et sic quāto plu/
res saluamur tanto gaudiū accrescit tam
angelis q̄ beatis aīabus q̄ etiam ipsi be
ate virgini marie. qm̄ put probat Rich. et
Bonauē. sup. iij. di. xlix. Et brūs Grego
rius expsse dicit q in celo vnusquisq beā
tus tantū gaudet de bono alterius q̄ntuz
de ꝓprio ḡ zc̄. Duodecima rō pfectissime
inuitationis. Nam ipamet iuitat nos pfec
tissima liberalitate miserationis: vt vicz ad
eam ꝓfugiamus in omni necessitate tā q̄
ad matrem dicēs. Eccli. xxiij. Ego mater
pulchre dilectionis zc̄. sequit. Trāsite ad
me omēs qui cōcupiscitis me z a genera/
tionibus m. adimplemi. Secure ergo ad
eam debemus accedere que infallibiliter
se repromittit nobis suffragari. Et ad id
inducunt nos etiā exēpla. Naturaliter em̄
quelibet res illuc inclinat ꝓfugere vbi ma
iorem influentiaz pietatis z auxilij nouit
vel sperat habere: sicut videmus in floribꝫ
qui semp vertunt se ad ptez solis ꝓpter in
fluentiā Item pueri naturaliter semp ha
bēt recursum in sinum patris z mr̄is: aut
nutricis fouentis eos Vñ recitat sicut
etiam narrat lucidissimus mgr̄ iohannes
gritsch ordinis minoꝝ sermone suo. xvi. q
rex dauid semel amiserat salomonē filiuz
suum. Quē cognoscēs sapientē p eius sa/
pientiā voluit auscultare locū ei⁹ māsiōis
Dixtens ḡ in orbem terre tria pbleuma/
ta ad vicinos reges cogitauit neminē ni/
si filiū posse soluere z sic voluit ō filio vbi
esset experiri. Primū pbleuma. quid est
melius z vtilius quod homo potest habe
re in hac vita Scōm quis cib esset ho/
mini magis cōueniens. Tertiū quis lo/
cus esset securior homini. Que pbleuma/
ta cū nō possent solui ab alīs: tandē deue
nerūt ad regem cū quo tunc salomon mo/
rabatur. Qui cū non posset soluere cū su/
is sapientib cōsiliarīs. Accessit salomon
intelligens p̄rem suū hec misisse. Et respō
dit ad primū. Nil vtilius z delectabilius
homini in hoc mundo q̄ cor quietū. Ad
scōm nō est cōueniēcior cibus ꝓ puero q̄
lac matris sue. Ad tertiū cōueni entissi/
mus z securissimus locus est gremiū ma
tris. Considerans ex hoc salomon desi/
derū p̄is redijt zc̄. Spūaliter homo pecca
tor absceſſit p peccatū a deo. Debet ḡ re/
dire ad gratiosam matrē. i. mariā in cui⁹
misericordie gremio habet cibū gratie et
doctrine optimū: z cor cum deo quietuz.
atq locū securissimū ab hostib. i. demoni
bus. Vñ Anselmus in oratiōe q̄ incipit
Virgo mūda dicit: Sicut nāq o beatissi
ma ꝥgo impossibile ēt merita tua obliui
scaris: sic mitissima incredibile est vt sup/
plicantib non miserearis zc̄. Aduerta/
m⁹ ergo charissimi q̄ pie nos inuitat ma
ria di. Transite ad me zc̄. O pctōres. O
viri z mulieres. O mnes qui diligitis me
secure venite z a gnationib m. i. p meritū
generatiōis christi ex me adimplemi gra/
tia z gloria Amen.

Pars vltima libri vltimi de miraculis plurimis quibus clare scit q̄ multas vtilitates confert beata maria deuotis.

b

Eatissima maria

dei genitrix virgo licet innūe
rabiles gratias z vtilitates
sset generi humano: quas n

enarrare nec cogitare sufficim⁹ aut exti/
mare. Tamē vt aliquas ꝑ edificatōe ex
multis accipiamus quatenus hēat ꝓdica
tor in ꝓmptu aliqua miracla cū voluerit
aꝑplicare. In ista ꝓre iuxta numer. xij. stel
laꝝ in corona btissime ỽginis ꝑ tohem in
Apocal. xij. ca. descriptaꝝ. grās t bona si/
ue vtilitates ꝑcipue xp̄i. cōscribere succin/
cte dignū duxi: plima miracla etiā q̄ i hoc
libro sūt sparsim scpta cōphēdi pñt ꝑ sin/
gula capitla hui⁹ ꝓtis. Et qz mlta legunt
de b. ỽgie miracla sola pulchriora q̄ potui
colligere ꝟscribere intēdo h vt ꝓz ituēti.

Capi. I. q̄ btā maria suos fa/mulos t deuote ad eā recurren/tes ab hostibus saluat.

Rima gratia sīue
ꝑ vtilitas quā dat btā ỽgo gñi
hūano t ꝑcipue sibi ꝺuotis fa
mulis ē qz ab hostib⁹ saluat qđ ꝓbat ꝑ plā
miraculā Primū miraculū de Ju/
liano impatore. Qui vt ait btūs Hiero⁹
in cronicis ꝺtra persas ꝓficiscēs: xp̄iano/
rū sāguiez ꝺijs ꝺouerat p⁹ victoriā. Scri
bit aūt amphiloci⁹ epūs Iconien. q̄ ip̄i iu
liano ꝓficiscēti obuiauit sctūs basili⁹ epūs
Cui insaniens iulian⁹ dixit: Cum persas
subīciēs reuersus fuero ciuitatē tuā deso
labo ꝑ eo q̄ deos deasq̄ meas nō adoratis
Basili⁹ itaq̄ rediēs ad ciuitatē. narrauit
oī multitudini ỽba impatoris: ꝑcepitq̄
oī clero t ꝓpło cuz mlticrib⁹ t infantib⁹ vt
ascēderent in montē Didymi in q̄ erat tē
plū genitricis dei. Et trib⁹ diēb⁹ ieiunan/
tes postularunt a deo dissipari impatoris
iniqui sensum. Illis ḡ ozātib⁹ t flentib⁹ vi
dit Basili⁹ in visu mltitudinē militie ce/
lestis in monte hic t inde: t in eoꝝ medio
sup tbronū gliosū btāz mariā t dicētē ad
circūstātes. Vocate mihi mercuriū t ibit
interficere iulianum multa blasphemā/
tē in deū t filiū meū. Itaq̄ sctūs mercuri
us cuz armatura sua venit t iussus ab ea
velociter abīit. Expergefact⁹ a sōno mag
nus Basili⁹ venit in ciuitatē ad scti mer/
curiī sepulchꝝ vbi suspēsa ei⁹ ꝺseruabant
arma. Que i ibi nō inuenit. vocauit custo/
dē t vbi eēnt arma q̄siuit. Qui asserebat
cū sacro vesp̄i ibi ea fuisse. Uñ Basilius
visioni credidit t cūctis ꝟreuelauit. Oēsq̄
de mōte reuersi cū grāꝝactione ad sepul/
chrū scti mercurij inuenerūt lanceā eius
sanguine madidā. Oi aūt ꝓpło festū agē/
te in laude btē ỽgis ꝑ liberatōe ciuitatis
Ecce die q̄rto venit i ciuitatē libani⁹ que
stor iuliani dicēs: Cū eēt iulian⁹ sec⁹ eu/
fraten fluuiū vbi etā i castris custodiebāt
eū septē militū excubie. Ecce nocte quidā
miles ignot⁹ cū armis venit: eūq̄ lancea
valido impetu ꝑfodit. qui subito ascēdēs
nusq̄ cōparuit. Julian⁹ ỽo cepit blasphe/
mādo clamare di. Uicisti galilee vicisti.
et sic expirauit. Scōm Miraculū de
Rñsorio Gaude maria ỽgo tē. Qui/
dā etiaz puer ferē q̄ cū in scolis didicisset
istud rñsoriū Gaude maria virgo cūctas
hereses sola interemisti tē. qđ rñsoriū can
tat in festo purificatōis btē ỽgis. Et cum
pulchra voce per plateas t ciuiuz portas
hoc decātaret porrigebank sibi plime ele/
mosine t cibꝝ reliquie. Judei aūt qz plu
rimi in illa ciuitate cōmorabank cū audi/
rēt puez canentē multū dolebāt eo q̄ ma
trē iesu laudaret t iudeos ꝑ rñsoriū hoc
ꝛfunderet. d. Erubescat iude⁹ infelix qui
dicit xp̄m ex ioseph seie natū tē. Stoma/
chatus igit⁹ in vicinatu platee vn⁹ iudeo
rū cū puez talia canētē audiret plies Ac/
cessit t vocauit quasi aliq̄d puta pomum
vel sile se datuz asserēdo: t sic ꝓmissiōib⁹
ac exenijs fructuum ip̄m in domū suā ad/
uocauit tanq̄ si cantū istū vellet ab eo au
dire puer simplicitate ꝓditus secutus ē. p/
mittentē iudeū t mox iste habita oportu/
nitate. Ip̄m puez in gutture cultro cedē/
dēdo occidit. Cūq̄ mr̄ ei⁹ vidua paupcu
la diuti⁹ q̄siti nō inueniret dictū ē a ꝙuica
neis q̄ visus ē a ꝑtimis portas illi⁹ iudei
intrasse. Sz q̄d fuerit vel vbi sanus inde
exierit null⁹ testimoniū poterat ferre. Uñ
ergo iudicē adīt t iudex iudeos coegit: t
facta lite cū ꝓbatio incūberet ip̄i mri pue
ri: eo q̄ cōtra eam iudei insurrexissent nec
ꝓbare quicq̄ de hac re mater posset anxia
pro filio ꝑdito in hoc se obligauit q̄ req̄/
rerent⁹ omēs domus iudeoꝝ t si inuenirent
apud eos su⁹ filius deꝑdit⁹: oēs iudei cū

bure renk: aut si nō mulier ipa calūnie cō/
uicta cōbureret. Qō cū placuisset iudeis
et iudices appbassent. Ecce ōstione facta
nullibi cōptus est apud iudeos puer occi/
sus. qui tñ sub modio iacebat occultatus
in cōclaui. Tunc mulier lata snīa ad cre/
mandū ducik ab omi ppl'o exultāt iudei cō
patriōk z volēt noti xpiani ac vicini. s. mu/
lieris illius plurimū quoq; ploraī ipa. qz
pdito filio seipam etiā amiserit zc. Cūq;
nullū hret refrigeriū qz insultantib; iude/
is tanq; victoriby ad incendiū duci coge/
bak sic educēdo cū ppe eccl'iam brē ỹginis
queniss ent atq; recordata de brā ỹgine in
uocaret ipam lachrymabiliter: cepit audi
re dulces sonos acsi fili⁹ su⁹ cātaret illud
respōsoriū solitū. s. Gaude maria ỹgo zc.
Cepitq; prendere collū z ppl'm cōmonere
si audirēt: et ecce omnes audientes popu/
li cantū: cōmoti sunt z illuc accesserūt vbi
audiebak vox sonare Et sic cōpererūt qz ī
domo illi⁹ iudei sub modio abscōsus fue/
rat puer occisus. Subleuātes modiū vi/
derūt puerū in gutture cruentatū cum an
gelis pluribus dulciter illud respōsoriū
cōcinentem. Quo viso miraculo z pue/
ro interrogato ac oīa facta enarrāte p or/
dinem scz quomō p beatā virginez fuerit
sanatus in gutture vulnerato z dulcik in/
ter angelo⁹ agmina fotus. Ecce omēs in
laudē beate virginis xpiani pruperūt z iu
deos cōbusserunt: ac puerū sanū matri re
stituerūt sicq; pcibus z meritis brē ỹgis
saluata est mulier z filius zc. Tertiū
Miraculū Ad idē legik in legēda cō/
muni natiuitatis beate virginis q; erat q
dam fur qui sepe latrocinia exercebat sed
tamen beatā mariam plimū in deuotiōe
habebat z eam crebrius salutabat. Qua/
dam ergo vice furtim rapiēs aliqua: tunc
capik deprhensus z suspēdio iudicak. Cuz
ergo suspenderetur continuo beata virgo
eidem affuit z suspensum tribus diebus
vt sibi videbatur suis manibus sustenta/
uit: ita q; nullā lesionem psensit. Illi vero
qui eū suspenderant die quarta casu inde
transeuntes eum viuentē z vultu alacri re
pererūt z arbitrātes q; non bene fuerit la/
queo astrictus gladio ipm iugulare vole
bant. Sed brā maria feriētū gladiis ma
num opponebat et illi sibi nocere nō pote
rāt. Cognoscētes ḡ illo referēte q; brā ma
ria sic eum iuuaret, mirādo eū deposuerūt
et amore ỹginis abire liberuz dimiserūt.
Qui abiēs monasteriū intrauit z quoad
uscq; vixit in seruitio dei genitricis pman/
sit Ecce patet qz brā ỹgo in se spantes ac
ad ipam ꝛfugiētes nō derelinq̄t: ipamq;
laudantes z ei deuote seruiētes a piculis
et hostibus saluabit

La. II. q; brā maria suos deuotos a submersiōe liberat. miraclm. I

Ecūda vtilitas si/

ue grā quā suis pstat maria est
q; a submersione liberat Scri/
bik in libro q; intitulak scala celi. Et etiam
in mariali magno. q; cū quedā mulier do/
uisset puerū suum salutationem brē vir/
ginis et q; quandocunq; timeret vel in alt
qua necessitate fore contingeret eam dice/
ret. Quadā vice dum cum alijs pueris
iuxta flumen luderet subito a flumine ra
piuntur incidentes z cū alij clamarēt iste
salutationez virginis prout fuerat edoct⁹
dicebat. Tunc vna pulcherrima domina
ad eum accessit z in flumine eum confor/
tauit et fouit: aquisq; iam transactis puer
sanus z incolumis apparuit: et dum cete/
re matres suos natos requirerent inuene
runt submersos. Iste vero enarrauit quō
protegēte pulcherrima dña: id ē brā ma
ria fuerit protectus et liberat⁹ et sic in lau
dē brē ỹgis oēs prorupert Scōm mi/
raculū Ad idem legik ibidez q; accidit
in vualsconia q; quedaz mlier ppinqua p/
tui dū eccl'iā bti Michaelis q̄ ē i loco vbi
fluit mare z refluit visitaret z dū rediret
z mare populos sequeret. Ipsaq; ceteris
fugiētibꝫ p timore maris cū fugere nō pos
set velocius. eo q; grauida fore z timore
correpta tempus ptus acceleraret. Ecce
ab vndis maris rapik z inuoluik in mari.
Que ad brā virginē eleuans cor suum
cū lachrymis supplicauit. Statimq; brā
virgo affuit z palium sup eā extēdens ab
vndis maris prexit. Et cuz illa subito pe
riisset viuū filiū: tam matrē q; filiū sal/
uos z incolumes trāsacto maris periculo

ad littus deduxit. Quod cernens popul⁹ xpm et matrē magnificarunt Ad idem facit miraculū de quodā sacerdote ī pago gallicano qō scriptū est li. iij. p. i. ar. iij. in fine. Et etiā miraculū de quodaz sacrista monacho qō bēs infra ca. vij. miraculo. ij.

Capitulū tertiū q beata virgo maria ad se conuersos z sibi deuotos a cōfusione preseruat Primum miraculum.

Tertia gratia seu vtilitas quā prestat maria est q a cōfusione pseruat Legitur in mariali magno z etiaz in libro qui intitulatur scala celi q abbatissa quedam fuit deuota et sancte vite in religiōe que insolētes acriter puniebat. et ideo maguā illaz indignationē habebat ferre z quia non poterāt ei nocere alit ad eius seruitiū se ingerētes signa amoris p tendebāt ad eā: q corrupta moribus ab eis cepit allici z attrahi: nunc ad solatiū: nūc ad silentiū frangendū: nūc ad potandum et crapulandū. Quid plura quadaz vice accidit vt hylarior p crapula z vino effecta ad luxurie cupiscentiā accēderet z cū suo seruitore mechādo cepit filiū. Cūq eius impregnatio ventre intumescente a monialib⁹ esset cognita cōtra eā cōspirant eo magis quo ipaz oderāt ꝓpter pristinas correctiones eaz. Reuelātq factū z cum litteris z nunciis aduentū epi requirunt vt cū cōfusiōe deponat z e claustro abiciatur. Prescies abbatissa aduentū epi. Ingressa oratoriū beate vginis tota pfusa lachrymis sic dicebat: O beatissima virgo tu es refugiū peccatoz: adiutrix in oi tribulatiōe: cōsidera nunc instantē cōfusionez meā. Nō em sum digna ex feditate peccati mei accedere ad tuā pīciā sed supabundat tua clemētia vbi abūdat delictū. z sic fatigata lachrymis obdormiuit z in sopore eidē beata vgo apparuit di. Nō ē phas cū sim aduocata peccatoz vt contritos corde deserā z iō obtinui tibi a filio meo peccatoz remissiōz z cōfusiōis libatōz Tūc virgo cepit duobus angelis astantibus vt onere plis eā exoneraret z filiuz cuidā probo viro portaret p. v. annos enutriendū. Euigilādo abbatissa inuenit se priuatā pregnamie. Et ecce aduentē epo auda cter occurrit honorifice Qui repellēs eā cū obprobrio: dum p honestas psonas de accusatione requireret veritatē: mūda fore cōperit. Doxq eps veniā petit z cuz moniales punire vellet p infamatione ei⁹ abbatissa epo in cōfessione apparuit rei veritatē z miraculū factū. Tunc eps de puero scita veritate cū viro illo pbo ipm enutriuit z ad etatē adultā in bonis moribus perduxit ad laudem beate virginis.

Scōm Miraculū sequit Ad idē refert vbi supra. q q̄dā mulier fuit q̄ dedita magnis imūdicijs h̄ bonuz faciebat q ꝗlibz die genib⁹ flexis septies angelicā salutationē dicebat. Et quia adulterabatur cuz viro cuiusdā sue vicine: illa vicina patienter nō ferēdo cepit rogare btāz virginem vt confunderet istā meretricē dicēdo O dña charissima mater totius puritatz et mūdicie: cur sustines z nō cōfundis istā meretricē, que suis imūdicijs virū meum deprauauit: nōne tibi seruiui: nōne puritatē dilexi. ergo mihi subueni: q refugium aliud excogitare nesciui. Tūc imago beate virginis allocuta est mulierem et dixit Hec de qua tu loqueris offert mihi encenium gratissimū. z ideo q̄diu hoc facit cōfundere non possum ipam: imo pregam a cōfusione. Verūtamē ecce coz eius conuertā z cōpunctionē illi tribuā ac odiū pecca ti: cuiuscūq imūdi ifundā Cūq btā vgo oīa cōplesset iuxta pmissa: tūc adultera se correxit: et illa mlier suū vir sp castum cōperit. Ex quib⁹ claresci q ꝗ marie deseruit confusionē pcōz ipius marie meritis euadere quibit z cōpunctiōis gratiaz consequi poterit zc.

La. IIII. q btā maria castitatē cōseruat suis Miraculū pmū.

Quarta vtilitas q q btā maria ad eā ꝓfugientib⁹ z seruientibus castitatē tuet et cōseruat Legit vbi s. q q̄dā iuuenis a quadā iuuencula q corrupte

laudauerũt b. ꝑginẽ suos honorãtem.

Miraculũ. II. Ad idem legit

vbi ſ. q̃ sanctus Boicus beate virgini sũ me deuotus dum ecclĩam sancti Wicha elis intrasset t in ea absconsus in angulo pnoctasset in lacrimosis orationib. Ecce in media nocte virgo benedicta cum cele sti militia ecclĩam ingredit t dum missaz requireret: oblatus est ei Boicus: q̃ timẽs accedere coram b. ꝑgine mox lapis retro quem absconsus residebat se subtraxit ab eo Tunc coactus ad altare accedit in ve ste mirabili ornatu. Cũq̃ misteria cũ mi rabili melodia cantib angelicis fuissent cõpleta: virgo benedicta Boico vestẽ mi rabilem dedit que adhuc in illa ecclĩa de monstrat dicens: Oĩs venerantes me ex cellentiori veste ornant t honorantur tc.

Ad idem facit miraculũ de q̃dam mo nacho noĩe Jostio descriptũ lib. vi. pte. ij. arti. iij. in fine.

Miraculum itẽ tertium. Ad

idem legit in libro miraculoꝝ beate virgi nis: vt scribit Anſ. Et etiam in libro qui intitulatur scala celi. q̃ in anglia fuit qui dam monachus sũme deuotus beate vir gini qui quotienscũq̃ nomen marie audi ebat flexis genibus et reuerentiaz exhibe bat. Cum autẽ victus senio vix assurgere posset t se leuare in lecto: dati sunt sibi ser uitores. Qui vice quadam dũ abessent. et monachus ꝓstratus beatam virginẽ reue renter t deuote vt solitus erat exorare fi nita oratione deuota: cum vellet surgere t nequiret ꝓ senectute. Conatũ adhibẽs ad surgendũ ait: Dulcissima ꝑgo maria ad iuua me. Ecce statim affuit eidẽ beata ꝑ go cum sacris virginibus t cum duabus puellis erigens eundem t ad fortitudinẽ iuuẽtutis triginta annoꝝ restaurauit: qui q̃diu vixit beate virgini sollicite deserui uit t ab oĩb honorabat tc.

Miraculum item quartum.

Ad idem legitur vbi supra. Et recitat idem Anſelmus etiaz in epistola ad coan glicanos epos videlicet q̃ temꝑibus ka roli regis francoꝝ. quidam germanus re gis hungarie fuit qui sic erat deditus de uotioni beate virginis vt quotidie anteq̃ comederet: diceret horas eius. Cum autẽ infirmitate grauatus vouisset beate vir gini q̃ si eum curaret castitatem seruaret Statim vidit camerã luce repletam t se curatum oĩno reperit atq̃ sanũ. Tan dẽ moritur rex hũgarie absq̃ altero here de. t iõ a regni baronibus inducit iste iu uenis ad contrahendum ne careret regnũ successore. Electa quoq̃ sibi sponsa du cuntur ad ecclesiaz pro benedictione nu ptiarum. Tunc iuuenis rerordatus est q̃ illa die non dixerat horas beate virginis: Horaq̃ cepit dicere cum deuotiõe. Et cũ plorando diceret illã antiphonã. Quãpul chra es t q̃decora charissima tc. Ecce splendida virgo apparuit ante altare duo bus angelis astantibus t ait iuueni: Si pulchra sum t decora vt dicis. Cur me di mittens aliam sponsam accepisti? Tunc iste ait: O domina quid me iubes facere At illa: Si sponsam carnalem meo amo re dimittis me in sponsaz celesti regno ha bebis. Et si festũ cõceptionis mee celebra ueris annuatim mecũ in regno vnigeniti mei laurearus eris. His auditis adole scens clam fugiẽs ab vrbe t regno: venit a quilegiã: t sup rupem heremiticam vitaz duxit. Tandem fama ꝓdeunte veridica sanctitatiq̃ electus est t factus patriarcha aquilegie. t publice ꝓdicauit atq̃ institu it fieri festum conceptionis Marie deuo te celebrandum.

Miraculum. V de festo marie

de niue. Ad idem legitur in lectiona rijs t breuiarijs de exordio festi beate ma rie de niue: q̃ tempore quo liberius papa sedem romanam prouide gubernaret. Erat quidam patricius vrbis nomine Johãnes moribus t nobilitate preclarus t diues: t consimiliter eius vxor: qui cum filium non haberent: beatam mariam in specialem dominã t patronam preelege runt: t vitã t omnia que possidebant atq̃ omnes facultates suas vno ore t concor di deuotione in obsequiũ beate virginis deuouerunt exorantes: vt sicut ipa b. ꝑgo vellet ita solita miseratiõe dispõeret quõ i eius obsequiũ expenderent sue facultates

Tūc intrante mense augusto quo sol acri/
bus excoquit. Ecce miraculose die. v. ipsi⁹
mensis cōtra ꝓpis naturā in nocte illa aer
nubibus densat⁹ z frigore cōstringit⁹ adeo
vt niuiū multitudo defluere que solūmō
locum basilice edificande in honorē beate
virginis cooperuit z demonstrauit. In ip̄a
q̄z nocte apparuit virgo beata pontifici p̄
dicto dicens sic: Opēꝫ tuoꝫ intentio z vi
gilantia qua diuinitati deo plūmū places
te modo in hoc cōmendabilē reddiderūt:
vt qđ ab alijs nō fuerat hactenus attēpta
tū erga mei nois deuotionē: p te nūc mihi
placuit ꝓsūmari: vt causa salutis existas
oīb⁹ q̄ deuotionē tui pectoris fuerint
imitati. Clerū ne hanc reuelationē dubi/
tes. Ecce miraculo volui ꝓfirmare vt euz
tantū locum in quo basilicā nois mei p̄ci
pio tibi ꝓstruendaz: repleuerim infusione
mirande niuis q̄ candorē puritatis z do/
nū spūssancti significat. Hebis siquidē z
Johem patricium in hoc ope adiutorem
q̄ ad te diluculo veniet z p̄ceptis tuis pa/
rebit. Cum quo simul z clero vniuerso ac
ꝑplo vbis accedas ad montē q̄ supagius
dicit: ibiq̄ vt demōstratū est ecclīam noi
meo fabricabis. Cunq̄ ipse pontifex mi/
rando quereret que esset: Rūdit. Ego sum
dei genitrix virgo maria: de qua filius dei
incarnatus, pcessit tē. z sic visio disparuit
Consimiliter nocte eadem apparuit p̄dicto
Johi patricio z eius coniugi sub his ver
bis d. Deuotiōez tuā qua patrocinijū mee
defensiōis specialit elegisti pio respexi in/
tuitu: cognoscere volui qm̄ tuaꝫ rez
hereditatiq̄ ꝑpetuū successorem tibi vo/
lui ꝓuidere: ita vt mihi domū dū in terra
ꝓstruxeris: ego tibi in celis copiosum the
saurū z eternā ꝓstruam mansionez. Hoc
ergo tibi p̄cipio vt sūmo mane ad liberiū
papam accedas: z cum consilio eius in lo
co specialiter a me electo: z miraculose p
niues demonstrato basilicam noi meo eri
gas. Cūq̄ quessuisset z nomen suum san
cta dei genitrix indicasset reuelatio dispa
ruit z in tanta admiratiōe eos dimisit: vt
reliquam noctis ꝑtem insomnē ducerent
z in diuinis laudibus exultarent. Tūc p̄/
mo mane ꝓecturus ad pontificem: vidit
icut audierat montem illum niue cooper
tū: z credens q̄ hoc lateret pontificem ce/
pit festinare: z pia violentia ostium pape
infestare: vt reuelationem factam indica/
ret: sed cum ad papam intrasset mox ser/
monē concepti gaudij prius papa p̄uenit
d. Charissime omipotenti deo gratias age/
re nos oportet q̄ cum simus indigni: ad
speciale obsequiū dei genitricis dignatus
est deputare: z miraculo dignatus est de/
clarare qđ p nos voluit implere sez in lo/
co p niues declarato basilicam edificare
noi beate virginis dedicandam. Cūq̄ ꝑ/
ba reuelationis mutuo enarrarent. Ecce
omnis populus z clerus p̄ fortibus ꝓgre/
gati astiterūt ex miraculi nouitate plūmū
concitati. Et coram eis pontifex exorsus
est dicens: Plūmū gaudere in dño fratres
nos conuenit: quia cum diuina clementia
hanc vbem caput christiane religionis
effecerit. hodie diuinis muneribus spe/
cialiter decorare dignatur: vt sciamus no
bis beneficia diuina celitus puenire: scili
cet per beatam mariam. Ecce charissimi
Nix de celo in hoc feruentissimo tempore
cecidit: vt nos deus sue misericordie can/
dore dealbandos ostēderet si ad deuotio/
nē sancte genitricis sue accingamur. Cū
q̄ seriatim omnibus exponeret que sibi z
Johāni patricio fuerant reuelata. Omnes
vnanimiter clamauerūt dicentes: Bñdi/
ctus deus: z cum ꝓcessione exultantes ad
locum cum diuinis laudibus ꝓrexerunt: z
altis niuibus repletum locum repererunt
fm limites in circuitu: vt erat basilica edi
ficanda. Cunq̄ papa apposito instrumen
to fodili pedes calcando suppossuisset su/
bito tota terra in circuitu iuxta niuiū de/
monstrationem est aperta z ecclesia edifi/
cari cepit. Omnes quoq̄ populi cum sū/
ma deuotione laudando deum z matrem
eius ad propria cum gaudio redierunt: et
sic magna laude z honore Johānes patri
cius ac Coniunx eius coram plebe tota p̄
beate virginis gratiam sublimati sunt. q̄
ecclesiam ipam perficientes: sumptu ma/
gno per papam tandem dedicata est: in q̄
z speciales reliquie recondite ferunt sez ō
feno z p̄sepio dñi. z de peplo beate virgis
marie siue camisia. necnō vt ōz caput ma
thie apostoli in altari magno sub lapide

porphirito reconditū est: vbi exuberant cōtinue beneficia dei: ad laudem b. virginis marie cunctis ad ipsam confugientibus. ¶ igitur charissimi omnes beatam virginem in patronam specialem eligamus omnes eidem deuote seruitutē obsequia exhibeamus: vt p ipsam gratiaz obtineam⁹ z in celo glorie coronā honorari valeam⁹.

Capitm. VII. q̄ btā maria peccatores potenter reconciliat filio. ¶ Miraculum p̄mū.

